UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# De Vita Et Honestate Canonicorvm, Et Aliorvm Ecclesiasticorvm Specvlvm

Langhe-Cruys, Johan

Duaci, 1587

Libri tertij capitum argumenta.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63733

Visual Library

# SPECVLI CANONICORVM

## ET ALIORVM ECCLESIASTICORVM, DE VITA, ET HONESTATE, QVAM IPSI BONA

conuerſatione, & continentia adipiſcuntur, & cuſtodiunt; vel mala conuerſatione, & incontinentia violant, vel amittunt,

## LIBER TERTIVS.

*Clericorum conuerſatio, & familiaritas qualis eſſe debeat.*

### CAPVT PRIMVM.

PLVRIMVM ad honeſtatem in clero parandam, & conſeruandam cõfert conuerſatio, & familiaritas eorum, quibuſcum verſamur. Nam vt Regius ille Propheta Dauid inquit[a], Cum ſancto ſanctus eris; & cum viro innocente innocẽs eris; & cum electo electus eris, & cum peruerſo peruerteris. Et ſapientiſſimus ille Salomon ingenuè profitens institutionem, quam à Dauide patre ſuo acceperat, ab eodem dictum, & præceptum ait[b]: Poſſide ſapientiam. Ne obliuiſcaris, neque declines à verbis oris mei. Ne dimittas eam, & cuſtodiet te: Dilige eam, & conſeruabit te. Ne delecteris in ſemitis impiorum, nec tibi placeat malorum via. Fuge ab ea, nec tranſeas per illam, declina, & deſere illam. Non enim dormiunt, niſi cum malefecerint, & non rapitur ſomnus ab eis, niſi ſupplantauerint. Comedunt panem impietatis, & vinum

[a] *Pſal. 17. & 2. Reg. cap. 22.*

[b] *Prouerb. 4.*

*Impiorũ ſtudia*

quod

quitatis bibunt. Iuſtorum autē ſemita, quaſi lux ſplendens procedit, & creſcit vſque ad perfectam diem. Via impiorum tenebroſa, neſciunt vbi corruant. Omni cuſtodia ſerua cor tuum, quia ex ipſo vita procedit. Remoue à te os prauum, & detrahentia labia ſint procul à te. Oculi tui recta videant, dirige ſemitas pedibus tuis, & omnes viæ tuæ ſtabiliētur; ne declines ad dexteram, neque ad ſiniſtram. Auerte pedem tuum à malo. Qui cum ſapientibus graditur, ſapiens erit. Amicus ſtultorū, ſimilis efficietur[a]. Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea; & qui communicauerit ſuperbo induet ſuperbiam. Caue tibi, & attende diligenter auditui tuo, quoniam cum ſubuerſione tua ambulas[b]. Cum viro ſancto aſſiduus eſto, quemcumque cognoueris obſeruantem præcepta Dei, cuius anima eſt ſecundum animam tuam[c].

*Iuſtorū ſemita.*
*Cuſtodia cordis.*
*Cuſtodia et directio viſus ſeu oculorum.*
*Cuſtodia pedū ſeu greſſus.*
a *Prouerb.* 13.
*Cuſtodia tactus.*
*Cuſtodia auditus.*
b *Eccleſ.* 13. *cap.*
c *Eccleſ.* 37.

Deinde D. Paulus docens malorum conuerſationem fugiendam eſſe[d]: Corrumpunt, inquit, mores bonos colloquia mala. Et D. Clemens Papa martyr, ſancti Petri diſcipulus, ſcribens D. Iacobo fratri Domini, quæ à B. Petro accepiſſet[e]: Tam, ait, iuuenes, quàm ſenes de omni conuerſatione ſua, & conuerſione, & pœnitentia valde eſſe ſolicitos oportet, ſatiſque agere, vt hæc condignè agant, & de reliquo ornent, tam clerici, quàm ſeculares animas ſuas ornamentis digniſſimis; dogmatibus ſcilicet veritatis, decore pudicitiæ, ſplēdore iuſtitiæ, candore pietatis, aliisq; omnibus quibus compoſitam, & comptam decet eſſe rationabilem mentem. Tum præterea declinare à cōſortiis inhoneſtis, & infidelibus, & ſocietates habere fidelium, atque illos frequentare conuentus, in quibus de pudicitia, de iuſtitia, de pietate tractatur.

d 1. *Corinth.* 15.
e *epiſt.* 2.
*Quibus ornanda ſit anima et mens noſtra.*
*Quæ conſortia fugienda, & quæ ſequenda.*

D. verò Ambroſius[f] non diſtinguens honeſtum ab vtili, & iuſto, neque honeſtatem ab vtilitate: In conuerſatione nihil, inquit, eſſe tam vtile, quàm diligi: nihil tā inutile, quàm non amari. Nam odio haberi exitiale, ac nimis capitale arbitror. Itaque id agamus, vt omni ſedulitate commendemus exiſtimationem, opinionemq; noſtram, ac primùm placiditate mentis, & animi benignitate influamus in affectū hominum. Popularis enim & grata eſt omnibus bonitas, nihilque tam facilè illabitur

f *lib.* 2. *offic. cap.* 6. & 7. & *lib.* 3. *cap.* 2.
*In conuerſatione quomodo nos gerere debeamus.*
*Bonitas omnibus grata.*

bitur

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

bitur humanis ſenſibus. Ea ſi manſuetudine morum, facilitate animi, moderatione præcepti, & affabilitate ſermonis, verborumq́ue honore, patienti quoque ſermonum vice, modeſtięq́ue adiuuetur gratia, incredibile quantum procedit ad cumulum dilectionis. Legimus enim non ſolùm in priuatis, ſed etiam in ipſis Regibus,

*Facilitas blandæ affabilitatis multũ prodeſt.*

quantum facilitas blandæ affabilitatis profuerit, quantum ſuperbia, verborumq́ue obſuerit tumor, vt regna ipſa labefactaret, & poteſtatem ſolueret. Iam ſi quis communi vſu, miniſterio, officiis popularem comprehendat gratiam, aut ſi quis periculum ſuum pro vniuerſa plebe offerat, non eſt dubium, quod tantum charitatis à plebe in eum refundatur. Quantas Moyſes à populo Dei ſibi absorbebat contumelias [a], & cùm Dominus in inſolentes vindicare vellet, ſe tamen pro populo offerebat frequenter, vt indignationi diuinæ plebem ſubtraheret. Quàm miti ſermone poſt iniurias appellabat populum, conſolabatur in laboribus, delinibat oraculis, fouebat operibus, &, cùm Deo conſtanter loqueretur, homines tamen humili, & grata appellatione affari ſolebat. Et ſic ſibi totius plebis mentes deuinxerat, vt plus eum pro manſuetudine diligerent, quàm pro factis admirarentur. Quid eius imitator ſanctus Dauid electus ex omnibus ad plebem regendam [c], quàm mitis, & blandus, humilis ſpiritu, ſedulus corde, facilis affectu. Dolum ſibi meditantibus os ſuum non aperiebat, & tanquam non audiens, nullum ſermonem referendum putabat. Non reſpondebat conuitiis. Ferre magis promptus, quàm inferre iniurias. Cùm ſibi derogaretur orabat: cùm male diceretur, benedicebat: ambulans in ſimplicitate, ſuperborum fugitans arrogantiam, ſectator extra immaculatorum.

a Exod. 32.
b Exod. 34. Deut. 34.
c 1. Reg. 16.

Porrò ad incẽtiuum charitatis communis plurimum proficit, ſi quis vicem amãtibus reddat, nec minus amare ſe probet, quàm ipſe amatur, idq́; amicitiæ ſuauis patet exemplis. Quid enim tam populare, quàm gratum? quid tam inſitum naturæ, quàm vt diligentem diligas? quid tam inolitum, atque impreſſum affectibus humanis, quàm vt eum amare inducas in animum, à quo amari velis? Meritò Sapiens dicit [d]: Perde pecuniam

d Eccleſ. 29.

propter fratrem, & amicum. Et alibi[b]: Amicum ſalutare non erubeſcam, & à facie illius non me abſcōdam. Siquidem vitæ, & immortalitatis medicamentum in amico eſſe eccleſiaſticus ſermo teſtatur. Et ſummum in charitate præſidium nemo dubitauerit, cùm Apoſtolus dicat[b]: Omnia ſuffert, omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet. Charitas nunquam cadit. Ideo Dauid non cecidit, quia charus fuit omnibus, & diligi à ſubiectis, quàm timeri maluit. Timor enim temporalis tutaminis ſeruat excubias, neſcit diuturnitatis cuſtodiam. Itaq; vbi timor diſceſſerit, audacia obrepit; quoniam fidem non timor cogit, ſed affectus exhibet. Prima ergo ad commendationem noſtri eſt charitas. Bonum itaq; eſt, teſtimonium habere de plurimorum dilectione. Hinc naſcitur fides, vt committere ſe tuo affectui nō vereantur etiam alieni, quem pluribus charum aduerterint. Similiter etiam per fidem ad charitatem peruenitur, vt qui vni, aut duobus præſtiterit fidem, tanquam influat in animos vniuerſorum, & omnium acquirat gratiam.

*a Eccleſ. 22.*

*b 1. Corinth. 13.*

*Charitas prima eſt noſtri commendatio.*

Duo igitur hæc ad commendationem noſtri plurimū operantur; charitas, & fides. Et tertium hoc: Si habeas, quod in te admiratione dignum plerique exiſtiment, & iure honorandū putent. Et quia conſiliorum vſus maximè conciliat homines, ideo prudentia & iuſtitia in vnoquoque deſiderantur, & ea expectantur à pluribus, vt in quo ea ſint, illi deferatur fides, quo poſſit vtile conſilium à fideli deſiderāti dare. Quis enim ei ſe committat, quem non putet plus ſapere, quàm ipſe ſapiat, qui quærit conſilium? Neceſſe eſt igitur vt præſtantior ſit à quo cōſilium petitur, quàm ille eſt, qui petit. Quid enim conſulas hominem, quem nō arbitreris poſſe melius aliquid reperire, quàm ipſe intelligis? Quodſi eum inueneris, qui viuacitate ingenij, mentis vigore, atque authoritate præſtet, & accedat eò, vt exemplo & vſu paratior ſit, præſentia ſoluat pericula, proſpiciat futura, denunciet imminentia, argumenta expediat, remedium ferat in tempore, paratus ſit non ſolùm ad conſulēdum; ſed etiam ad ſubueniendum, huic ita fides habetur, vt dicat qui conſilium petit: Etſi mala mihi euenerint, per illum, ſuſtineo. Huiuſmodi igitur viro ſalutē noſtram,

*Ad noſtri commendationem plurimum operātur charitas, fides, & facilitas ac promptitudo ad dād. in cōſilium alijs.*

 & exiſti-

*Cōſiliarius debet eſſe iuſtus & prudens.*

& exiſtimationem committimus, qui ſit, vt ſupra dixi-
mus, iuſtus, & prudens. Facit enim iuſtitia, vt nullus ſit
fraudis metus; facit etiam prudentia, vt nulla erroris ſu-
ſpicio ſit. Promptius tamen nos iuſto viro, quàm pru-
denti committimus.

*a lib. 2. offic. cap. 12.*

*Ab improbis licet prudentes videantur conſilia petenda nō ſunt.*

In acquirendis autem conſiliis, vt idem Ambroſius
inquit [a], plurimū adiungit vitæ probitas, virtutum præ-
rogatiua, beneuolentiæ vſus, frugalitatis gratia. Quis
enim in cœno fontem requirat? Quis è turbida aqua po-
tum petat? Itaque vbi luxuria eſt, vbi intemperantia,
vitiorum confuſio, quis inde ſibi aliquid hauriendum
exiſtimet? quis non deſpiciat morū colluuionem? Quis
vtilem cauſæ alienæ iudicet, quem videt inutilem vitæ
ſuæ? Quis iterum improbum, maleuolum, contumelio-
ſum non fugiat, & ad nocendū paratum? Quis non
omni ſtudio declinet? Quis verò, quamuis inſtructum

*Cōſiliarius acceſſu non debet eſſe difficilis.*

ad conſilij opem, difficilem tamen acceſſu, ambiat, in
quo ſit illud, tanquam ſi quis aquæ fontem præcludat?
Quid enim prodeſt habere ſapientiam, ſi conſilium ne-
ges? Si conſulendi intercludas copiam, clauſiſti fontem,
vt nec aliis influat, nec tibi proſit. Pulchrè autem il-
lo conuenit, qui habens prudentiam, commaculat eam
vitiorum ſordibus, eo quod aquæ exitum contaminet.

*Degeneres animos vita arguit.*

Degeneres animos vita arguit. Quomodo enim eum
potes iudicare conſilio ſuperiorem, quem vides infe-
riorem moribus? Supra me debet eſſe, cui me commit-
tere paro. An verò idoneum eum putabo, qui mihi det
conſilium, quod non dat ſibi; & mihi eum vacare cre-
dam, qui ſibi non vacet? cuius animum voluptates oc-
cupent, libido deuinciat, auaritia ſubiuget, cupiditas
turbet, quatiat metus? Quomodo hic conſilij locus, vbi
nullus quieti?

Quis igitur tantam vultu ſpeciem præ ſe ferat pul-
chritudinis, & beluinis poſterioribus, ac ferinis ungui-
bus formæ ſuperioris dehoneſtet gratiam, cum tam ad-
mirabilis, & præclara forma virtutum ſit, & ſpecialis

*b Sapient. 7.*

pulchritudo ſapientiæ, ſicut ſeries ſcripturę indicat [b]? Eſt
enim hæc ſpecioſior ſole, & ſuper omnem ſtellarum di-
ſpoſitionem luci cōparata inuenitur purior. Lucem e-
nim hanc ſuſcipit nox; ſapientiā autem non vincit ma-
litia.

vitia. Nullum ei contubernium cum vitiis eſt, ſed indiuidua cum ceteris virtutibus coniunctio, cuius ſpiritus eſt diſertus, ſine inquinamento, certus, ſanctus, amans bonum, acutus, qui nihil vetet bene facere, benignus, ſtabilis, ſecurus, omnẽ habens virtutem, omnia proſpiciẽs.

*Sapientiæ nullum cum vitiis conſortium eſt.*

Omnia igitur operatur prudentia, cum omnibus bonis habens cõſortium. Nam quomodo poteſt vtile conſilium dare, niſi habeat iuſtitiam; induat conſtantiam; mortem non formidet; nullo terrore, nullo reuocetur metu, nulla adulatione à vero deflectendum putet; exilium non refugiat, qui nouerit ſapienti patriam mundum eſſe; egeſtatem non timeat, qui nihil ſapiẽti deeſſe ſciat, cui totus mundus diuitiarum eſt. Quid enim præcelſius illo viro, qui auro moueri neſciat, contemptum habeat pecuniarum, & velut ex arce quadam deſpiciat hominum cupiditates? Quomodo enim non admirandus, qui diuitias ſpernit, quas plerique ſaluti propriæ prætulerunt? Decet igitur omnes cenſura frugalitatis, continentiæ auctoritas, & maximè eum, qui honore præcet, ne præeminentem virum theſauri poſſideãt ſui, & pecuniis ſeruiat, qui preeſt liberis. Illud magis decet, vt ſupra theſaurum ſit animo, & infra amicũ obſequio. Humilitas enim gratiam auget[a].

*Ad vtile conſilium dãdum, quæ requirantur in conſiliario.*

*Mundus ſapiẽti patria eſt.*

a *Ambroſ. d. lib. 2. offic. cap. 14.*

Talis itaque debet eſſe, qui conſilium alteri det, vt ſe ipſum formam aliis præbeat ad exemplum bonorum operum in doctrina, in integritate, in grauitate, vt ſit eius ſermo ſalubris atque irreprehenſibilis, conſilium vtile, vita honeſta, ſententia decora. Qui nihil nebuloſum habeat, nihil fallax, nihil fabuloſum, nihil ſimulatũ, quod vitam eius, ac mores refellat; nihil improbum, ac maleuolum, quod auertat conſulentes[b].

*Qualis debeat eſſe cõſiliarius.*

b *Amb. d. lib. 2. offic. cap. 17.*

*Quid faciendum clericis, qui alios conſilio iuuare nequeunt.*

## CAP. II.

VERVNTAMEN cùm omnes huiuſmodi conſiliarij eſſe nõ poſſint: ſicut enim multa ſunt mẽbra corporis, omnia verò non eundẽ actũ habent; ita multi ſunt ordines in eccleſia; ſed nõ omnes idẽ habent officium: quia ſecundum Apoſtolũ[c] alios Dominus dedit Apoſtolos, alios prophetas, alios paſtores & Doctores[d].

c *Epheſ. 4.*
d *c ſicut in vno corpore. & c. cùm ex iniũcto. de hæret. & ad Epheſ. cap. 4.*

 Si igi-

Si igitur omnes clerici alios prudentia, & ſapientia ſua
iuuare non poſſint, ſibique aliorum gratiam, & amicitiam in conuerſatione conciliare, omnium tamen vita,
*a ſerm.249.de temp.* aliorum debet eſſe, vt D. Auguſtinus inquit[a], eruditio & aſſidua ſalutis prædicatio, & tales decet Dominum habere miniſtros, qui nulla contagione carnis corrumpantur, ſed potius continentia caſtitatis ſplendeant, & totis honeſtis fulgeant in populo exemplis, quibus Do-
*b Leuit.19.cap.* minus per legiſlatorem dicit[b]: Sancti eſtote, quia ego ſanctus ſum Dominus Deus veſter. Deus enim lux eſt, & tenebræ in eo non ſunt vllæ, nec aliqua fœditas ſociari poteſt. Et ideo, fratres chariſſimi, ſecũdum Apo-
*c 2.Corinth.7.* ſtoli admonitionem[c] mundemus nos ab omni inquinamento carnis, & ſpiritus, perficiẽtes ſanctificationem in timore Dei. Quocirca & ſacroſancta Tridentina Sy-
*d ſeſſ.22.de reform.cap.1.* odus: Nihil, inquit[d], eſt, quod alios magis ad pietatem, & Dei cultum aſſidue inſtruat, quàm eorum vita, & exemplum, qui ſe diuino miniſterio dedicarũt. Cum enim
*In clericos, tanquam ſpeculũ, laici oculos cõijciunt.* à rebus ſeculi in altiorem ſublati locum conſpiciantur, in eos tanquam ſpeculum reliqui oculos conijciunt, ex iisque ſumunt, quod imitentur. Quapropter ſic decet
*e c.qualiter.2. de accuſatio. c. clericos.diſt.21.* Canonicos vitam, moreſque ſuos omnes componere, vt habitu, geſtu, inceſſu, ſermone, aliisq; omnibus rebus nil niſi graue, moderatum, ac religione plenum præ ſe ferant. Leuia etiam delicta, quæ in ipſis maxima eſſent, effugiant: vt eorum actiones cunctis adferant venerationem. Quandoquidem & iam olim Anicetus Papa martyr Epiſcopis per Galliæ prouincias cõſtitutis ſcri-
*f epiſt.1.cap.4. & c. prohibete. diſt.23.* bens[f]: Prohibete, inquit, fratres, per vniuerſas regiones veſtrarum eccleſias, vt clerici, qui laicis & ſimplicibus
*Clerici debent laicis eſſe exẽplar honeſtatis & aliarũ virtutum.* virtutis, honeſtatis, pudicitiæ, & grauitatis exemplar eſſe debent, ac ſeipſos tanquam ſignum puriora ſplendioribus ad imitationẽ prudenter exhibere, iuxta Apoſtolum[g] comam non nutriãt, ſed deſuper caput in modum ſpheræ radant, quia ſicut diſcreti debẽt eſſe in conuerſatione, ita & in tonſura, & omni habitu diſcreti de-
*g 1.Corinth.11.* bent apparere. Et in concilio Toletano quarto conſtitu-
*h cap.20. & 21.22.& 26.* tum legitur[h]: Quicumque in ſacerdotio Dei poſiti ſunt, irreprehenſibiles eſſe debent, Paulo atteſtante[i]: Oportet
*i 1.ad Timoth. 3.cap.* Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe. Inoffenſos ergo & imita-

immaculatos decet Dei exiſtere ſacerdotes, nec vllius eos fornicationis contagio pollui, ſed caſtè viuentes, mundos ſemetipſos celebrandis exhibeant ſacramentis. Abſtineamus ergo nos ab omni opere malo, & ab omni inquinamento carnis liberi maneamus, vt mundi corpore, purgati mente poſſimus ad ſacrificium Chriſti digni accedere, & Deum pro delictis omniũ deprecari. Quamuis conſcientiam puram apud Deum nos habere oporteat, tamen & apud homines famam optimam cuſtodire conuenit, vt iuxta præceptum Apoſtolicum [a], non tantùm coram Deo, ſed etiam coram hominibus vitæ ſanctæ teſtimoniũ habeamus.

*Famæ noſtræ magna habẽda eſt ratio.*

*a Rom. 12. & 2. Corinth. 8.*

Quidam enim huc-vſque ſacerdotum non modicum ſcandalum creauerũt, dum in conuerſatione vitæ non bonę famæ exiſtunt. Vt ergo excludatur deinceps omnis nefandæ ſuſpicionis occaſio, & ne detur vltra ſecularibus locus obtrectandi; oportet Epiſcopos teſtimonium probabilium perſonarum conuerſationis, & vitæ in conclaui ſuo habere, vt & Deo placeant per cõuerſationem bonam, & eccleſiæ per optimam famam. Similiter placuit, vt quemadmodum Antiſtites, ita presbyteri, atque leuitæ, quos fortè infirmitas, atque ætatis grauitas in cõclaui ſuo manere non ſinit, vt & iidem in cellulis ſuis teſtes vitæ habeãt, vitamque ſuam ſicut nomine, ita meritis teneãt. Quando presbyteri, aut diaconi per parochias conſtituuntur, oportet eos primùm profeſſionẽ Epiſcopo ſuo facere, vt caſtè, & purè viuãt ſub Dei timore, vt dum eos talis profeſſio obligauerit, vitæ ſanctæ diſciplinã retineant [b].

*b c. quando presbyteri. diſt. 28.*

Hinc & D. Hieronymus [c]: Apoſtolici, inquit, & præcepti eſt, & exempli, vt habeamus rationem non conſcientiæ tantùm, ſed etiam famæ. Non ſuperfluum & à fructu vacuum gẽtium magiſter hoc docet. Vult enim etiam extraneos ad fidem homines per fidelium opera proficere, vt religionẽ ipſam religionis diſciplina commendet. Et ideo ſicut luminaria in mundo lucere nos iubet [d] in medio nationis prauæ, & peruerſæ, vt incredulæ mentes errantium ex noſtrorum actuum lumine, ignorantiæ ſuæ tenebras comprehendant. Vnde & ipſe ad Romanos ait [e]: Prouidentes bona non ſolùm coram Deo, ſed etiam coram hominibus. Et alibi [f]: Sine offen-

*c in epiſt. ad Cel:nt.*

*Non tantũ conſcientiæ, ſed etiam famæ habenda eſt ratio.*

*d Philippen. 2.*

*e Rom. 12.*

*f 1. Corint. 10. 2. Corint. 6.*

ſione eſtote Iudæis, & gentibus, & Eccleſiæ Dei, ſicut ego per omnia omnibus placeo, non quærens quod mihi vtile eſt, ſed quod multis. Beatus eſt, qui tã ſanctè, atque grauiter diſponat vitam ſuam, vt de eo ne ſiniſtrè quidem aliquid fingi poſſit, dum aduerſus obtrectãdi libidinem pugnat meriti magnitudo, nec fingere quiſquam auſus eſt, quod à nullo putat eſſe credendum. Quodſi id aſſequi difficile, atque nimis arduum eſt, ſaltem hanc adhibeamus vitæ noſtræ diligentiam, ne mentes occaſionem inueniant detrahendi: ne ex nobis ſcintilla procedat, per quam aduerſus nos ſiniſtræ famæ flamma conflетur. Alioqui fruſtra iraſcimur obtrectatoribus noſtris, ſi iis ipſis obtrectandi materiam miniſtrauimus. Si autẽ nobis diligenter, atque ſolicitè rebus ad honeſtatem prouidẽtibus; cunctiſque actibus timorem Dei præferentibus illi nihilominus

*Conſciẽtia noſtra quãdo tuta cenſenda ſit.*

conſoletur nos conſciẽtia noſtra, quæ tunc maximè eſt, tunc optimè ſecura eſt, cùm ne occaſionem quidem malè de ſe ſentiendi dedit. Illis enim væ dicitur per Prophetam [a], qui dicũt, quod bonũ eſt malum, qui appellãt tenebras, & quod dulce eſt, amarũ vocant. Illis ergo Saluatoris aptabitur ſermo [b]: Beati eſtis, cùm maledixerint homines mentientes. Nos modò agamus, vt malè de nobis nemo loqui abſq; mẽdacio poſſit.

a *Iſaiæ* 5.

b *Matth.* 5.

D. verò Auguſtinus in ſermone habito de communi vita clericorum: Nolo, inquit, vt aliquis de vobis inueniat malè viuendi occaſionem. Prouidemus enim bona vt ait Apoſtolus [c], non ſolùm coram Deo, ſed etiam coram hominibus. Propter nos conſciẽtia noſtra nobis neceſſaria eſt, propter vos fama noſtra non pollui, ſed pollere debet in vobis. Duæ res ſunt conſcientia, & fama: conſcientia neceſſaria eſt tibi; fama proximo tuo. Qui confidens conſcientiæ negligit famam, crudelis eſt [d]. Vnde & Apoſtolus Paulus Timotheo ſcribens, in eius perſona alios omnes ſacerdotes doceri voluit: Exemplum, inquit [e], eſto fidelium in verbo, in conuerſatione, in charitate, in fide, in caſtitate. Quem locum D. Chryſoſtomus explicans: Exemplar, ait, vitæ atque morum ipſe eſto, tanquam imago propoſitus, tanquam animata lex, veluti regula, ac norma bene, recteque viuendi

c *Rom.* 12. & 2. *Corinth.* 8.

*Qui confidens conſcientiæ negligit famam, crudelis eſt.*

d *c. nolo.* 12. *q.* 1.

e 1. *ad Tim.* 4.

iuſmodi quippe Doctorem eſſe neceſſe eſt. In ſermone, inquit, vt facile inſtruere per doctrinam poſſit: In conuerſatione, vt eccleſiæ ſit propoſitus ad imitandum: In charitate, in fide, in integerrima caſtitate, in ſobrietate, cæteriſque virtutibus, ex quibus norma ſumitur bene, beateque viuendi. Hinc idem Chryſoſtomus ad populũ ſermonem faciens [a]: Quid, inquit, altũ ſapies, quoniam per verba doces? Sed hoc facile verbis medicari. Doce me per vitam tuã, hæc eſt doctrina optima. Dices, quod opus eſt modeſtiã ſequi, & longum ſuper hoc trahis ſermonem, & inoffenſè fluens dicendi copiã oſtentas. Sed te melior ille, qui per opera hoc me docet. Non enim diſciplinæ tam à verbis, quàm à factis animæ ſolent intromitti, quoniam ſi non habueris opera, non tantùm loquens nõ profuiſti, ſed & potius læſiſti. Propterea Propheta dicit [b]: Peccatori autẽ dixit Deus: quare tu enarras iuſtitias meas? Maius enim hoc damnũ, cùm aliquis bene verbis docens, per opera doctrinã impugnat. Hoc fuit multorum in eccleſiis malorum cauſa. Quoniam, vt idem alibi ait [c], Non tãtùm ſibi Chriſtianum ſatisfacere vult Deus, verùm & alios ædificare, nõ tantùm per doctrinam, verùm, & per vitam & conuerſationem. Nihil enim ſic in veritatis viam inducit, vt conuerſationis integritas. Nec enim ita dictis noſtris intendũt, ſicut his, quæ à nobis gerũtur. Et vt diſcas, quod hoc ita ſe habet, licet in infinitum verbis philoſophemur, & de tolerãtia diſſeramus, niſi cadente tempore hanc exhibeamus per opera, non tantum ſermo profuerit, quantum nocuerit actio. Si verò & ante verba, & poſt, virtutem per opera præſtemus, digni fide cenſebimur, illa cõmouentur, quæ per actiones etiã implemus. Nã & Chriſtus hos beatos vocauit, dicens [d]: Beatus, qui fecerit, & docuerit. Præcedente enim actione, licet doctrina nõ cõſequatur, poſſunt opera bona voce clarius docere in nos reſpiciẽtes. Hoc ita ſemper conſideremus, vt prius factis, deinde verbis doceamus. Ne nos quoq; Paulũ audiamus nobis dicẽtẽ [e]: Qui doces aliũ, te ipſum non doces. Et cũ aliquẽ admonere voluerimus, vt neceſſariũ aliquid corrigat, prius illud ipſi præſtare ſtudeamus, vt cũ maiore fiducia doctrinã faciamus, & omnis noſtra ſit cura circa animæ ſalutẽ.

*Qualis debeat eſſe eccleſiæ doctor.*

a *Hom.* 38.

*Doctrina vitæ eſt optima.*

b *Pſalm.* 49.

c *Hom.* 72. *ad pop.*

d *Matth.* 5.

e *Rom.* 2.

## *Quibuſcum clerici conuerſari debeant.* CAP. III.

*a cap. 25 de decret. mor.*

*Qualis clericorum cum laicis debeat eſſe conuerſatio.*

PRÆTEREA cùm tantoperè ad honeſtatẽ parandam, & conſeruandam conducat conuerſatio, ideo in concilio Senonenſi ſtatutum fuit[a]; vt omnes clerici, & maximè in ſacris conſtituti, in cõuerſatione cum laicis ita ſe habeant, vt neq; ex nimia familiaritate, aut conuerſatione æquali reddatur contemptus dignitatis; neque ex nimia auſteritate, faſtu, aut pompa ſuperbiæ plus æquo elati iudicentur. Neque in publico ludant, aut aliis ludis, maximè cũ laicis. A ludo alearum, atque, qui à ſorte pendent, abſtineant; neque ludorum fautores, ſpectatores, aut teſtes exiſtant. Non ſe admiſceant choreis publicis, tripudiationibus, aut ſaltationibus: non turpes, amatorias, aut laſciuas depromant cantilenas, ſeu cantantibus faueãt, aut adſint. Siquidem iam olim in diuerſis conciliis conſtitutum fuit[b]; vt presbyteri, & diaconi, vel deinceps, quibus ducere vxorem non eſt licitum, etiam alienarum nuptiarum euitent conuiuia; neque his cœtibus admiſceantur, vbi amatoria cantantur, & turpia carmina, aut obſcœni motus corporis choreis, & ſaltationibus offeruntur; ne auditus, & obtutus ſacris miniſteriis deputati, turpium ſpectaculorum, atque verborum contagione polluantur.

*b Cõc. Venet. 1. cap. 11. & Agat. cap. 39. c. presbyteri, diſt. 34.*

*c cap. 12.*

Cæterum cùm Eccleſiaſticus dicat[c]: omne animal diligere ſimile ſibi, ſic & omnẽ hominem proximum, operam dabunt clerici, vt poſtpoſita nimia illa laicorum familiaritate, quiſq; ſibi deligat è clero virum bonum, & prudentem, quicum verſetur. Nam cohærere, & coniungi non poſſunt, quibus ſtudia, & vota ſunt diuerſa[d]. Plurimùm autẽ, vt D. Ambroſius inquit[e], prodeſt vnicuique bonis coniungi, & pręſertim adoleſcẽtibus vtile, vt claros, & ſapientes viros ſequantur. Quoniam qui congreditur ſapientibus, ſapiens eſt: qui autem coniungitur imprudentibus, imprudens cognoſcitur[f]. Et ad inſtructionem itaque bonis iungi plurimum proficit, & ad probitatis teſtimonium. Oſtendunt enim adoleſcentes, corum ſe imitatores eſſe, quibus adhæſerint; & ea conualeſcit opinio, quod ab his viuendi acceperint ſimilitudinem cum quibus conuerſandi hauſerint cupiditatem. Pulchra itaque copula ſeniorum, atque adoleſcentium.

*d c. in noua. 16 q 7.*

*e lib. 2. offic. cap. 20.*

*f Prouerb. 13.*

Inde tantus Ieſus Naue [a], quod eum non modò erudiuit ad legis ſcientiam Moyſi copula; verumetiam ſanctificauit ad gratiam. Vnde factum eſt, vt qui fuerat ſocius conuerſationis, fieret ſucceſſor poteſtatis. Sic Abrahæ adhæſit Loth adoleſcentulus [b], Helię Heliſæus [c]. In Actibus Apoſtolorum Barnabas aſſumpſit Marcum [d]; Paulus Timotheum [e], & Titum [f]. Sed illis videmus diuiſa fuiſſe officia, vt ſeniores conſilio præualerent, iuniores miniſterio. Plerumque etiam virtutibus pares, diſpares ætatibus ſui delectantur copula, ſicut delectabantur Petrus & Ioannes [g].

D. verò Cyprianus [h]: Conſtantis, inquit, Apoſtoli vox eſt: Præcipimus vobis in nomine Domini IESV Chriſti, vt recedatis ab omnibus fratribus ambulãtibus inordinatè, & non ſecundum traditionem, quam acceperunt à nobis. Et iterum [k]: Nemo vos decipiat inanibus verbis. Propterea enim venit ira Dei ſuper filios contumaciæ. Nolite ergo eſſe participes eorum. Recedendum eſt à delinquentibus, vel imò fugiendum, ne dum quis malè ambulantibus iungitur, & per itinera erroris, & criminis graditur, à via veri itineris exerrãs, pari crimine & ipſe teneatur. Nihil enim, vt D. Chryſoſtomus cenſuit [l], ita pernicioſum, ac peſtiferum eſt, vt conſuetudo prauorum hominum: qui etiam ſi valde tecum amore, aut neceſſitudine coniuncti ſint, abſcindẽdi ſunt ab amicitia tua. Nam niſi hoc feceris, nec illos lucraberis, & tu ipſe ſimul peribis: ſin verò procul abs te illos abieceris, tu ſaltem ſalutem conſequeris. Quia niſi noſtra plerunque membra reſcindimus, cum incurabili morbo & ipſa tabeſcunt, & reliquis officiunt: multò magis in amicis atque cognatis id faciendum, ſi saluti tuæ obſunt. D. verò Bernardus [m]: Hæc tria, inquit, ſunt conuerſationi noſtræ maximè neceſſaria, nimirum vt ſobriè, & iuſtè, & piè viuamus; quoniam primum debemus nobis, ſecũdum proximo, tertium Deo. Ante omnia igitur perfectam hanc continentiam, & ſobrietatem quære, quam debes tibi ipſi: Dehinc adde miſericordiã, quam debes proximo, quia cum eo ſaluãdus es: Deinde patientiam, quam debes Deo; quia ab eo ſaluandus es. Omnes enim, qui piè volunt viuere in Chriſto, perſecu-

a *Deut.* 31.
b *Geneſ.* 12.
c 3. *Reg.* 19. 4. *Reg.* 2.
d *Act.* 15.
e *Act.* 16.
f 2. *Corinth.* 8. *Galat.* 2.
g *Ioan.* 20. & 21. *Act.* 3. 4.
h *in tract. de ſimplic. Prælat.*
i 2. *Theſſal.* 3.
k *ad Epheſ.* 5.
l *Hom.* 60. *in Matth.*
m *ſerm.* 2. *de reſurrectio.* *Quæ conuerſationi noſtræ maximè ſint neceſſaria.*

tionem patiuntur, & per multas tribulationes opor-
nos intrare in regnum cœlorum. Vide ergo ne pr
patientiam pereas, ſed vniuerſa pro eo ſuſtine, qui pro
pro te maiora ſuſtinuit, & apud quem infructuoſa pa-
tientia non erit.

Excubandum eſt itaq;, fratres dilectiſſimi, atq; om-
bus viribus elaborandum, vt D. Cypriani ſententi
*a in ſerm. de zelo & liuore.* quentes[a], inimico ſæuienti, & iacula ſua in omnes
poris partes, quibus percuti, & vulnerari poſſum
rigenti, ſolicita, & plena vigilantia repugnemus; i
dum quod Petrus quoq; Apoſtolus in epiſtola ſua
*b 1. Pet. 5. cap.* monet, & docet, dicens[b]: Sobrij eſtote, & vigilate
aduerſarius veſter diabolus, tanquam leo rugiens
quid deuorare quærēs, circuit. Circuit ille nos ſinguli
& tanquam hoſtis clauſos obſidens, muros explorat
tentat, an ſit aliqua pars membrorum minus ſtabilis
minus fida, cuius aditu ad interiora penetretur. Offert
*Quibus modis à diabolo tentemur.* oculis formas illices, & faciles voluptates, vt
ſtruat caſtitatem. Aures per canorã muſicam
ſonus dulciori auditu ſoluat, & molliat Chriſtian
rem. Linguam ad conuitium prouocat; manus
laceſſentibus ad petulãtiam cædis inſtigat; vt frauda-
rem faciat, lucra opponit iniuſta: vt animã pecunia
piat, ingerit pernicioſa compendia: Honores terrenos
promittit, vt cœleſtes adimat: oſtẽdit falſa, vt vera
ripiat. Et cùm latenter non poteſt fallere, exerte
apertè minatur, terrorem turbidæ perſecutionis
tans, ad debellandos Dei ſeruos, inquietus ſemper, &
ſemper infeſtus. In pace ſubdolus; in perſecutione vi-
lentus. Quamobrem, fratres dilectiſſimi, contra
diaboli, vel fallaces inſidias, vel apertas minas
bet inſtructus animus, & armatus: tam paratus
ad repugnandum, quàm eſt ad impugnandum
paratus inimicus.

*De caſtitate & continentia clericorum ſacro ordine initiatorum.* CAP. IIII.

NON infimum in honeſtate clericorũ locum ob-
tinet caſtitas. Quid enim, vt D. Bernardus
*c epiſt. 42.* quit[c], caſtitate decorius? quæ mundum de im-
mundo conceptum ſemine, de hoſte domeſticum,

lum denique de homine facit? quæ in hoc mortalitatis loco, & tempore quendam ſtatum immortalis gloriæ repræſentat? Hæc, vt D. Cyprianns inquit[a], munimē inuictum eſt ſanctimoniæ, & expugnatio fortis infamiæ. Fortitudinis firmitas, & laſciuiæ petulantis infirmitas, probitatis præſidium, & improbitatis excidium, animæ victoria, & corporis præda: vbertas gloriarum, & captiuitas criminum, pronuba ſanctitatis, & repudium turpitudinis, ſinceritatis indicium, & abolitio ſcandalorum, excidium continentiæ, & euacuatio tota luxuriæ, pax ſecura virtutū, & debellatio inquieta bellorū; puritatis culmē, & libidinis carcer; honeſtatis portus, & ignominiæ naufragalis locus; virginitatis mater, & hoſtis immunditiæ; lorica pudoris, & ſpolium probroſitatis; corruptionis exitiū, murus rigoris, & deſtructio vulgaritatis; ſeueritas, gladius, triūphator, & diſſolutionis occiſor; armatura viriū, & exarmatura fluxarū; integritatis dignitas, & fornicationis abdicatio; claritatis faſtigiū, & dedecoris pręcipitium; volūtas bonorum operum, & afflictio vitiorū; refrigerium pudicitię, pœna petulātiæ, acquiſitio triumphorum, & facinorū detrimentum; requies ſalutis, & perditionis exiliū; vita ſpiritus, & carnis interitus; ſtatus qualitatis angelicę; ſummus humanę ſubſtātię. Huius retinaculis omnis obſcœnitas fręnatur, & compedibus eius calces furentis libidinis ſtatuuntur. In hac velut in ſcopulo frangūtur impetus qualeſcumq; ſanguinis inundantis, & in illa ſedatur ſpumans tumoris inſania corporalis. Quæ dum ſibi ſubtrahit adminicula concupiſcentiæ, mortua membra ſua cognoſcitur baiulare. De quibus Apoſtolus Paulus præmonet, dicens[b]: Mortificate ergo mēbra, quæ ſunt ſupra terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiſcentiam malam, & auaritiam, quæ eſt idolorum ſeruitus, propter quæ venit ira Dei.

*a in libel. de ſingular. cler.*

*Inſignis caſtitatis laus & commendatio.*

*b ad Coloſſ. 3.*

S. vero Cyrillus: Non ignoremus, inquit[c], caſtitatis gloriam; angelica enim eſt corona, & ſupra hominē hęc perfectio; parcamus corporibus, quæ lucere debent ſicut ſol. Ne propter paruā voluptatem, tātum ac tale corpus polluamus. Paruū enim eſt ad horā peccatum. Longęua autem eſt ex eo, & ęterna verecundia. Angeli ambulantes in

*c catechesi 12.*

*Caſtitatis gloria.*

*a in lib. de virginit. cap. 11. et 21.*

*Caſtitatis præſtantia.*

tes in terra ſunt caſtitatis operatores, virgines cum Maria Virgine habebunt partem. D. verò Chryſoſtomus: Vidéſne, inquit, virginitatis pręſtantiam, quomodo terrarum incolas ſic afficiat, vt iidem illi, quibus cœleſtes muneribus perfungantur, & qui corpore veſtiti ſunt, incorporeis mentibus exæquet, & homines ipſos æmulos ſtudij efficiat angelorum? Piis autē virginibus parata, & maxima præſto erunt bona, & planè ea, quæ modò ſupra ſunt oculorum, & aurium ſenſum, omnem hominum mentem, & cogitationē ſuperant. Quid virginitate ſuauius? quid pulchrius? quid illuſtrius? nim ipſis ſolis radiis fulgores ſplēdidiores emittit: nos verò ab omnibus terrenis rebus auocans, ſic afficit, vt ſolem iuſtitiæ puris, & intentis oculis intueamur.

*b lib. 1. aduer. Iouinia. & c. hoc ſolum. 33. q. 5.*

*c Vide Auguſt. de ſancta virginit. cap. 44.*

*d in cap. 7. 1. epiſt. ad Corint.*

*Virginitas & apud Deum, et in vita præſenti cōmendatior eſt.*

Interim animaduertendum, & retinendum illud D. Hieronymi dictum [b]; Quod quomodo abſque cæteris operibus virginitas ſola non ſaluat [c]; ſic omnia opera abſque virginitate, puritate, continentia, caſtitate, imperfecta ſunt. Vnde D. Ambroſius [d] oſtendens quid de virginitate ſenſerit D. Paulus: Bonum dicit eſſe virgines permanere. Et vt hoc abſolutius oſtēderet, propter præſentem neceſſitatem, ait: Quia optimum eſt, vt oſtenderet bonum & optimum nihil tam præclarum atq; vtile eſſe cognoſceretur, quàm eſt virginitas: quia nō ſolum apud Deum virginitatem commendatiorem docet, ſed & apud vitam præſentem, dum neceſſitates tēporis notat, quas patitur coniugatio. Vt ergo ad hanc affectandam hortaretur, præſentis neceſſitatis exitia lucrari docet, vt cùm non ſolùm hanc apud Deum locum meliorem habere diſcunt, verumetiam in pręſenti, omni induſtria illam appeterent. Et Apoſtolus his loquitur, qui maiori deuotione obſequi deſiderant cœleſtibus præceptis, oſtendens, & docens, quo compendio citius itur ad Deum:

*Virginitas eſt compendiū, quo citius itur ad Deum.*

quia qui propter Deum promerendum, virgo manere vult, ſciens quale præmium poſſit accipere, qui ſe ita temperat, vt melior fiat, ſimul omnia impedimenta carnis ſpernit, non neſcius hæc eſſe, quę greſſum cœleſtis, velut oneribus compedum detinent. Et idem alibi [e]: Si, inquit, ibi eſt patria, vbi genitale domiciliū, in cœlo profectò eſt patria caſtitatis: itaque hic aduena, [illegible]

*e lib. 1. de virginib.*

*Caſtitatis patria eſt cœlum.*

cola eſt. Quid autem eſt caſtitas virginalis, niſi expers contagionis integritas? Atque eius auctorem, quem poſſumus exiſtimare, niſi immaculatū Dei filium, cuius caro non vidit corruptionem, diuinitas non eſt experta contagionem? Videte igitur, quanta virginitatis merita ſint. Et quid pluribus exequar laudem? caſtitas enim angelos fecit. Qui eam ſeruauit, angelus eſt, qui perdidit diabolus.

*Virginalis caſtitas quid ſit. Auctor caſtitatis Chriſtus.*

*Qui perdit caſtitatem diabolus eſt.*

D. verò Athanaſius[a]: Magna, inquit, virtus continentia; ingens gloriatio, puritas; magna encomia virginis. O virginitas opulentia indeficiens: ô virginitas corona immarceſſibilis; ô virginitas templum Dei, & domicilium ſancti Spiritus. O continentia amica Dei, & à ſanctis deprædicata; ô continentia apud multos odioſa, ſed apud dignos ſpectata: ô continētia mortem, & infernum profligans, & quæ ab immortalitate poſſidetur: ô continentia gaudium prophetarum, & Apoſtolorum gloriatio: ô continentia angelorum vita, & Sanctorum corona. Beatus eſt, qui te tenet, beatus, qui obdurat tolerantia; quoniam pauxillulum fatigatus, multum in te gaudebit.

*a in libel. de virginit.*

Scripſit inſignem de virginitate libellum D. Baſilius, in quo præter alia hoc vnum memoria dignum dicit: Magnum reuera quiddam, ac præclarum virginitas eſt; quæ, vt totum ſimul explicem, hominem incorruptibili Deo ſimillimum facit. Hæc autem profectò non à corporibus ad animas manat, ſed cùm incorporalis animæ propria, & præcipua ſit, eius precioſiſſima integritate corpora quoque incorrupta ſeruantur. Præoccuparunt virtutis opere virgines, quod in regeneratione per eam corporum mutationem, quæ in reſurrectione continget in ipſis, Dei virtute perficiendum eſt. Hic enim angelorum inſtar, neque nubent, neque nubentur, verùm & virtute animæ, & corporis integritate angelis æquales ſunt. Nuſquam Dominus virginitatem inter veteris, vel noui Teſtamenti mandata cōſtituit. Voluit quippe eximiæ virtutis meritum non iuſſionis neceſſitati obnoxium fieri, ſed egregij, ac ſingularis animi ſpecimen atque indicium eſſe, dum ſponte ſua, nulla imperij neceſſitate cogente, quod mādata omnia excellit, & ſupra

*Virginitas hominem incorruptibili Deo ſimillimū facit.*

*Cur virginitas nō ſit poſita inter mandata Dei.*

humanæ

humanæ naturæ modum eſt, deſiderio, affectuque vi-tutis efficeret. Coniugium quippe naturale eſt, vbi ea lex conuenientia naturæ diſponit: virginitas verò ſupergreſſa naturam, legis vinculis non tenetur aſtricta, quæ incorruptionis excellentem virtutem creatori, & auctori legis iure pretioſi muneris offert. Quocirca quoniam hæc integerrima caſtitas pretioſiſſima omnium eſt, maximaq; poſſeſſio, hisque qui hanc fuerint adepti, repoſita ſunt glorioſiſſima præmia, doctrinæ Domini obtemperantes, impollutamque & ab omni macula intactam aſſiduè naturalem diuinæ effigiei ſeruemus pulchritudinem.

*Caſtitas pretioſiſſima omniũ poſſeſſio eſt eique præmia repoſita ſunt glorioſiſſima.*

Huc pertinet & illud, quod ſcripſit D. Auguſtinus[a]: Virginalis, inquit, integritas, & per piam continentiam ab omni concubitu immunitas, angelica portio eſt, & in carne corruptibili incorruptionis perpetuæ meditatio. Cedat huic omnis fœcunditas carnis, omnis pudicitia coniugalis. Illa non eſt in poteſtate, illa non eſt in æternitate: fœcunditatem carnalem non habet liberum arbitrium; pudicitiam coniugalem non habet cœlum. Profectò habebunt magnum aliquid præter cæteros in illa communi immortalitate, qui habent aliquid iam non carnis in carne. Vnde mirabiliter deſipiunt, qui putant huius continẽtiæ bonum nõ eſſe neceſſarium propter regnum cœlorum, ſed propter præſens ſeculum, quod ſcilicet coniugia terrenis curis pluribus, atque arctioribus diſtenduntur, qua moleſtia virgines, & continentes carent: quaſi ob hoc tantùm melius ſit non coniugari, vt huius temporis relaxentur anguſtiæ, non quod in futurum ſeculum aliquid proſit.

*a in lib. de ſancta virg. cap. 13. Virginalis integritas angelica portio eſt.*

B. verò Iſidorus docturus vnde, & quomodo caſtitas iſta, & contin ẽtia obtineri poſſit[b]: A Deo, inquit, eſt continentia, ſed petite, inquit Dominus, & accipietis. Tunc autẽ tribuitur, quando Deus gemitu interiore pulſatur. Coniugium conceſſum eſt, virginitas admonita tantùm, non iuſſa: ſed ideo tantũ admonita, quia nimis excelſa. Geminum eſt bonum virginitas, quia & in hoc mundo ſolicitudinem ſeculi adimit, & in futuro æternum caſtitatis præmium percipit. Nec dubiũ, quod qui caſti perſeuerant, & virgines, angelis Dei efficiuntur æquales.

*b lib. 2. de ſummo bono cap. 40.*

*Virginitas geminum eſt bonum.*

*Virgines angelis Dei efficiũtur æquales.*

Amanda eſt pulchritudo caſtitatis, cuius deguſtata delectatio dulcior inuenitur, quàm carnis. Caſtitas enim fructus ſuauitatis eſt, & pulchritudo inuiolata Sanctorum. Caſtitas ſecuritas mentis eſt, & ſanitas corporis. Vnde & aliquos gentilium gymnicos legimus perpetuã Veneris abſtinentiam exercuiſſe, ne virtutem libidine frangerent[a]. Luxurioſa namque vita carnem citò debilitat, fractamque celeriter ducit ad ſenectutem. Omne peccatum per pœnitentiam recipit vulneris ſanitatem: virginitas autem ſi labitur, nullatenus reparatur. Nam quamuis pœnitudo veniæ fructum percipiat, incorruptionem tamen nullatenus recipit priſtinam.

a *Anto. Sabelli. lib. 5. exẽplo. cap. 6. Dom. Bruſo. lib. 1. exemplo. cap. 9.*

*Virginitas amiſſa reparari non poteſt.*

*Sacris initiandi quomodo ſe voto continentiæ aſtringant.*

CAP. V.

QVOCIRCA & D. Auguſtinus ad virginitatem nos hortans[b]: Vos, inquit, ſequimini Chriſtum, tenendo perſeueranter quod vouiſtis, ardenter facite cum poteſtis, ne virginitatis bonũ à vobis pereat, cui facere nihil poteſtis, vt redeat. Quare omnes clerici, ſacerdotes videlicet, diaconi, & ſubdiaconi, qui ordine ſacro initiati ſunt, ſolicitè curabunt, vt caſtitatem, & continentiam, quam Deo vouerunt, perſeueranter teneant. Quemadmodũ enim religioſi in vitæ monaſticæ profeſſione ſe aſtringunt voto continentiæ obſeruãdæ; ita & clerici in ſacrorum ordinum ſuſceptione, ex ipſa eccleſiæ publica conſtitutione; quæ decreuit vnũquemque ſacris initiandum debere continentiam perpetuam profiteri, & obſeruare[c]. Nam à B. Gregorio Papa conſtitutum legitur[d]; vt nullũ facere ſubdiaconum præſumant Epiſcopi, niſi qui ſe caſtè victurum promiſerit: quia nullus ad miniſterium altaris accedere debet, niſi cuius caſtitas ante ſuſceptum miniſterium fuerit approbata. Subdiaconatum autem inter ſacros ordines etiam ante Gregorium habitum, & numeratum fuiſſe liquet ex hac Vrbani Papæ ſecundi conſtitutione[e]: Erubeſcãt impij, & apertè intelligant iudicio ſancti Spiritus, eos, qui modo in ſacris tribus gradibus, ſcilicet, presbyteratu, diaconatu, ſubdiaconatu ſunt poſiti, ſi caſtè nõ vixerint, excludẽdos ab omni eorundem graduũ dignitate.

b *in lib. de ſancta virginit. cap. 29.*

c *Iud. Clichth. de vita et mor. ſacerd. cap. 21. et Dionyſ. Richel. de vita eccleſ. art. 13.*

d *c. nullũ. diſt. 28.*

e *c. erubeſcant, diſt. 32.*

Idem

*a c. nemo. diſt. 32.*

Idem in Meldenſi Synodo præſidens ait [a]: Nemo ad ſa-
crum ordinem permittatur accedere, niſi aut virgo, aut
probatæ caſtitatis, & qui vſque ad ſubdiaconatum vni-
cam & virginem vxorē habuerit: Et ad ſimilitudinem
diaconi, & presbyteri, ſubdiaconus debet continentiam
obſeruare. Sicut & in ſexta Synodo vniuerſali con-

*b c. ſi quis. diſt. 32.*

tutum eſt [b]: Vt ſi quis eorum, qui ad clerum acced-
nuptiali iure mulieri voluerit copulari, hoc ante ordina-
tionem ſubdiaconatus faciat.

Ne autem alicui luxurioſo clerico in ſacris conſ-
cauillandi detur occaſio, contra prædictas ex de-
Gratiani deſumptas conſtitutiones; ſciat is, eaſdem

*Subdiaconi ipſo iure pontificio ad continentiam obligantur.*

Innocentio tertio renouatas, & in corpus iuris canoni-
redactas eſſe à Gregorio nono Pontifice in c. ...
ſub titulo de ætate & qual. & ord. præficiend. & ...
fortaſſe ordinādi ad ſacros ordines expreſſis ver-
tum ſeruandę continentiæ non præſtent, ſicuti ...
per ſacrorum tamen ordinum ſuſceptionem, qui ...
eccleſiaſticum annexuit perpetuam continentiam ...

*Quomodo ſubdiaconus implicitam continentiæ proſſionem faciat.*

hoc ipſo facto, & opere ſaltem implicitè profi-
maximè cùm ab Epiſcopis ante ſacri ordinis coll-
nem moneantur, & requirantur, vt ſi coniugatis ...
alicui de matrimonio contrahendo fidem dederunt ...
deinceps caſtè, & continenter viuere nolint, diſ-
ſi non; procumbant, & genua flectant ad ordinem ſacr-
ſuſcipiendum. Aequum enim eſt, vt ſeipſos exhibeant

*c c. cùm in præterito. diſt. 84 & c. 1. & 3. diſt. 31. & c. lex continētiæ. ibid.*

*d Iſaiæ 52. c. neceſſe. 1. q. 1. Stan. Hoſ. in confeſſ. cathol. cap. 52. Iſid. de eccleſ. offic. lib. 2. cap. 10. et Iuo 6. par. decret. cap. 9.*

*e epiſt. 48. & c. omniū. diſt. 32.*

mundos in honorem, non in contumeliam, atque ab
omni carnis inquinamento ſe contineant, qui corpus &
ſanguinem Domini conficiunt, ſacrificium pro ſuis po-
pulique delictis Deo offerunt, iratumque placa-
cant; peccata hominum, vel remittunt, vel retinent,
aliaque reuerenda eccleſiæ ſacramenta adminiſtrant,
populo præſunt, eumq; viam ſalutis docent, ſicut ...
ex ipſo pontificali patet.

Nec rationi, neque æquitati diſſonum videtur, dia-
coni, & ſubdiaconi presbytero huiuſmodi officia per-
genti miniſtrantes, pari continentia obligētur [c]. De his
enim à Propheta dictum eſt: Mundamini qui fertis vaſa
Domini [d]. Vnde ſanctus Leo Pontifex ad Anaſtaſium
Epiſcopum ſcribens [e]: Omnium, inquit, ſacerdotum

excellens eſt electio, vt hæc, quæ in aliis mēbris eccleſiæ vacant à culpa, in illis tamen habeantur illicita. Cùm enim extra clericorum ordinem conſtitutis, nuptiarum ſocietati, & procreationi filiorum ſtudere ſit liberum, ad exhibendam tamen perfectā continentiæ puritatem, nec ſubdiaconis carnale connubium quidem cōceditur, vt etiam qui habent, ſint tanquam non habentes: & qui non habent, permaneāt ſingulares, & innupti. Quodſi in hoc ordine, qui quartus extat à capite, dignū eſt cuſtodiri: quantò magis in primo, vel in ſecundo, tertióve ſeruandum eſt: ne aut Leuitico, aut presbyterali honore, aut epiſcopali excellentia quiſquam idoneus exiſtimetur, qui ſe à voluptate luxurię necdum refrænaſſe detegitur.

Quod autem nonnulli eccleſiaſtici Vigilantij, & Lutheri ſequaces ad carnis voluptatem, & libidinem ſuam impunè explendam, dicant, & contendant, doctrina D. Pauli ſibi licitum eſſe vxorē habere, eò quod ad Timotheum ſcripſerit[a]: Oportet Epiſcopū irreprehenſibilem eſſe, vnius vxoris virum, &c. Huic obiectioni D. Hieronymus reſpondens[b]: Quomodo, inquit, de virginibus Apoſtolus dicit, ſe non habere preceptum, & tamen dat conſilium, quaſi miſericordiam conſecutus à Domino: & hoc agit in omni illa diſputatione, vt virginitatem præferat matrimonio; & ſuadet, quod imperare non audet, ne iniicere videatur laqueum, & plus imponere, quàm poteſt hominum ſuſtinere natura. Ita & in eccleſiaſtico ordine conſtituendo, quia rudis ex gētibus conſtituebatur eccleſia, leuiora nuper credentibus dat præcepta, ne territi ferre non poſſent. Sed & ipſa epiſcopalis electio mecū facit. Non enim dicit, eligatur Epiſcopus, qui vnam ducat vxorem, & filios faciat, ſed qui vnam habuerit vxorem, & filios in omni ſubditos diſciplina. Certè confiteris non poſſe eſſe Epiſcopum, qui in epiſcopatu filios faciat. Alioqui ſi deprehenſus fuerit, non quaſi vir tenebitur, ſed quaſi adulter damnabitur. Sed & hoc inferendum: Si laicus & quicumque fidelis orare non poteſt, niſi careat officio coniugali; ſacerdoti, cui ſemper pro populo offerēda ſunt ſacrificia, ſemper orandum eſt: Si ſemper orandum eſt, ergo ſemper carendum

*Obiectio.*

a 3. cap.
b lib. 1. aduerſ. Iouin.

*Solutio & explicatio illius Pauli: Oportet Epiſcopū vnius vxoris eſſe virum.*

*Epiſcopus filios faciens adulter cenſetur.*

*Sacerdoti quia ſemper orandū eſt, ſemper carēdum eſt matrimonio.*

 matri-

matrimonio. Nam & in veteri lege, qui pro populo ho-
ſtias offerebant, non ſolùm in domibus ſuis non erant,
ſed purificabantur ad tẽpus ab vxoribus ſeparati: & vi-
num & ſiceram non bibebant, quæ ſolent libidinẽ pro-

*Cur olim eligebantur mariti in ſacerdotiũ.*

uocare. Eliguntur mariti in ſacerdotium, non nego: quia
non ſunt tanti virgines, quãti neceſſarij ſunt ſacerdotes.

*a in apolog. pro lib. aduerſ. Iouinian. ad Pamach.*

Sed vt idẽ alibi inquit [a], Apoſtoli vel virgines, vel poſt
nuptias cõtinentes fuerũt. Epiſcopi, presbyteri, diaconi
aut virgines eligũtur, aut vidui, aut certè poſt ſacerdotium
in æternũ pudici. Alioqui ſi iuxta ſentẽtiam Pauli Apo-
ſtoli non erunt Epiſcopi niſi mariti, ipſemet Apoſtolus

*b 1. Corinth. 7.*

Paulus Epiſcopus eſſe nõ debuit, qui dixit [b]: Volo autem
ſic eſſe omnes, ſicut ego ſum. Et Ioannes indignus hoc
gradu æſtimabitur, & omnes virgines, & continentes,
quibus quaſi pulcherrimis gẽmis Eccleſię monile ornatur [c].

*c Hieron. lib. 1. aduer. Iouin.*

*d Hieron. aduerſ. Vigilant.*

*e in tract. contra Catharos.*

Quid faciẽt Oriẽtis eccleſiæ? Quid Ægypti, &
Sedis Apoſtolicæ, quæ aut virgines clericos accipiunt, aut
cõtinẽtes, aut ſi vxores habuerint mariti eſſe deſinunt [d]?

Sic & Epiphanius prædictum locum Pauli exponit [e]:
Oportet Epiſcopũ vnius vxoris eſſe virum: Reuera, in-
quit, nõ ſuſcipit ſancta Dei prædicatio poſt Chriſti ad-
uentũ eos, qui à nuptiis mortua ipſorũ vxore, ſecundis
nuptiis coniũcti ſunt; & hoc certè ſancta Dei Eccleſia
cũ ſinceritate obſeruat. Sed & adhuc viuentẽ, & liberos
gignentẽ vnius vxoris virũ nõ ſuſcipit, ſed eũ, qui ſe ab
ea cõtinuit, aut in viduitate vixit, diaconũ, & presbyte-
rum, & Epiſcopũ, & hypodiaconũ, maximè vbi ſinceri
ſunt canones eccleſiaſtici. At dices mihi: omnino in qui-
buſdã locis adhuc liberos gignere presbyteros, diaco-
nos, & hypodiaconos: At hoc non eſt iuxta canonem,
iuxta hominũ mentẽ, quę per tẽpus elãguit. Quemadmodum
etiã apud Oriẽtales, vbi ſinceri fuerũt canones eccleſia-
ſtici, fuiſſe legimus obſeruatũ, vt ſacerdores monaſtici

*f Staniſ. Hoſ. in confeſſ. cath. fid. cap. 56.*

*g in c. presbyteris. diſt. 27.*

inceps à maritorũ officiis abſtinerẽt [f]. Calixtus etiam Pa-
pa iam olim cõſtituiſſe legitur [g]: Presbyteris, diaconis,
ſubdiaconis, & monachis cõcubinas habere ſeu matri-
monia cõtrahere penitùs interdicimus. Cõtracta quoque
matrimonia ab huiuſmodi perſonis diſiũgi, & perſonas
ad pœnitentiã redigi debere, iuxta ſacrorũ canonum

*h in Hom. 1. de patien. Iob.*

ſpoſitionem iudicamus. Teſtatur & D. Chryſoſtomus [h]

dictum locũ Pauli tẽpore ſuo in Eccleſia non obſeruatũ fuiſſe; eò quòd tũc oporteret omni prorſus caſtitate ſacerdotẽ ornatũ eſſe. Deinde Alexãder 3. Papa Epiſcopo Cenomanẽſi reſcribẽs[a]: Ex literarũ tuarũ tenore accepimus, quod lator præſentiũ in ſubdiaconat⁹ officio cõſtitutus quandã ſibi in cõiugiũ copulauit, quã eundẽ abiurare feciſti. Super quo prudentiã tuã in Domino cõmendamus, mãdãtes, quaten⁹ ſi ad monaſticũ ordinẽ trãſire voluerit, & tibi, poſt laudabilẽ cõuerſationẽ ipſius, viſũ fuerit, eũ ad maiores ordines promoueri cõcedas. Quod ſi ad religionẽ ſe trãsferre noluerit, eum neq; in ſubdiaconatu miniſtrare, neq; ad vlteriores permittas ordines promoueri. In minorib⁹ tamẽ ordinib⁹ poterit miniſtrare. Eidẽ Archiepiſcopo Rhemẽſi reſcribẽs[b]: Subdiaconũ inquit, ſiue hominẽ interfecerit, ſiue nõ, matrimoniũ nõ poſſe contrahere ſacrorũ canonũ cenſura demõſtrat.

*a c. ex literarũ, qui cler. vel vou. mat.*

*Pœna ſubdiaconi matrimoniũ contrahentis.*

*b c. 1. qui cler. vel vou. matr.*

Poſtremò ad tollendã omnem hac de re ambiguitatẽ, & diſputationẽ SS. Tridẽtina Synodus ſanxit[c]: Si quis dixerit clericos in ſacris ordinibus cõſtitutos, vel regulares caſtitatẽ ſolẽniter profeſſos, poſſe matrimoniũ cõtrahere, contractumq; validũ eſſe, nõ obſtãte lege eccleſiaſtica, vel voto: & oppoſitũ nihil aliud eſſe, quã dãnare matrimoniũ, poſſeq; omnes cõtrahere matrimoniũ, qui nõ ſentiũt ſe caſtitatis, etiãſi eã vouerint, habere donũ, anathema ſit: cùm Deus id rectè petẽtibus nõ deneget, nec patiatur nos ſupra id quod poſſumus tentari. Cęterũ ſi qui in ſubdiaconatu, & aliis ſuperioribus ordinibus vxores accepiſſe noſcũtur, eos vxores dimittere, & pœnitentiã agere de cõmiſſo per ſuſpẽſionis, & excõmunicationis ſententiam compellẽdos eſſe. Alexãder 3. Papa ſtatuit[d]. Si qui verò clericorũ infra ſubdiaconatũ acceperint vxores, ipſi ad relinquenda beneficia eccleſiaſtica, & retinẽdas vxores diſtrictione eccleſiaſtica ſunt compellẽdi[e]. Nã cùm ſimul voluptatibus, & carnalibus deſideriis ac diuinis, & eccleſiaſticis obſequiis vacare non valeant, ob immunditiã ſuam eccleſiaſticis ſacramentis tractandis indigni eccleſiaſticis procul dubio beneficiis ſunt priuãdi[f]. Cũq; vir cogitet, quomodo placere vxori poſſit, & ideo minus quę Dei ſunt, valeat cogitare; cùm quaſi diuiſus in duo plenam ſui non habeat poteſtatem,

*c ſeſſ. 24. can. 9.*

*Clerici ſacro aliquo ordine initiati matrimonium cõtrahere non poſſunt.*

*Pœna, qua ſacro ordine initiati vxores dimittere compellendi ſunt.*

*d c. 1. de cler. coniug.*

*Beneficiati infra ſubdiaconatum vxores ducẽtes, beneficiis priuandi ſunt.*

*e d. c. 1.*

*f c. quod ad te. d. tit. de cõiug.*

vt ei, à quo ſtipendium recipit, plenius famuletur, Innocentius tertius Papa cuidam Epiſcopo reſcripſit[a], huiuſmodi clericos beneficiis eccleſiaſticis priuandos, cum appellatione remota, præſertim cùm rerum eccleſiaſticarum ſubſtantia per tales ſoleat deperire. Cæterum [illegible] eccleſiis, quibus intitulati fuerant, de poſſeſſionibus [illegible] aliis bonis aliqua contuliſſe noſcũtur, cùm ab earum eccleſiarum miniſterio fuerint, & beneficio ſequ[illegible] ad ipſos recta via debent abſq; contradictione [illegible]

Cæterùm ne quis ſupradictas conſtitutiones eccleſiaſticas, quibus continentiæ lex indicitur clericis in [illegible] ordinibus conſtitutis, tanquam rigidiores calumni[illegible] non grauabimur adducere, quid Imperator Iuſtinianus de illa ſeruãda prædictis clericis indixerit, & ſanxerit. Nihil, inquit, ſic in ſacris ordinationibus [illegible] quàm cum caſtitate viuentes, aut cum vxoribus [illegible] cohabitantes, aut vnius vxoris virum, qui fuerit [illegible] ue adhuc ſit, & ipſe caſtitatem eligat, ſecundum [illegible] regulas primum principium, & manifeſtum fundamentum reſiduæ virtutis conſtituram. Si autem & [illegible] presbyter, aut diaconus, aut ſubdiaconus poſtea [illegible] vxorem, aut concubinam, aut palam, aut occultè, [illegible] ſtatim cadat ordine, & deinceps idiota ſit, atque laicus habeatur. Quodſi & lector ſecundam ducat vxorem certis de cauſis, & ex irrecuſabili quadam neceſſitate, neque omnino ad altiorem accedat gradum, neque [illegible] fruatur gradu maiore in ſacerdotio, ſed maneat in eodem gradu perpetuò. Sed non & ad tertias veniat nuptias; ſatis eſt enim, ſi ad ſecũdas veniat. Si verò [illegible] tale egerit, & ad ſecundas veniens nuptias ad maiorem gradum venire feſtinauerit, exinde idiota erit, & [illegible] omnino ſacro miniſterio cadens. Pudicè enim [illegible] omnia decet viuere. Si enim tales conſtituti, [illegible] clero adducuntur, ordinentur, facilis eis ad [illegible] tum aſcenſus erit, & ex multis bonis viris facil[illegible] nientur, qui digni adducantur ad primum gradum ſacerdotij. Huc pertinent & illa, quæ habentur in [illegible] Imperatoris nouella conſtitutione de ſanctiſſimis Epiſcopis & de Deo amabilib. & reuerendiſſ. cler. §. [illegible] cos, & ſequent.[d] & conſtit. de nuptiis[e].

Quod

[a] c. diuerſis. de cler. coniug.

[b] c. quod ad te. de cler. coniug.

[c] conſtit. 6. in Nouel. tit. quom. opor. Epiſc. et cæt. cler. ad ord. perduci.

[d] Vnde et Iuo ſumpſit cap. 422. 6. par. ſu. decret.

[e] §. ſed et ſi quis.

*Quomodo caſtitas, & continentia ſeruanda ſit.*

## CAP. VI.

DAEMONES, vt B. Iſidorus ſcribit [a], ſcientes pulchritudinem eſſe animæ caſtitatem; & per hanc hominẽ angelicis meritis, è quibus illi lapſi ſunt, coæquari, liuore percuſſi inuidiæ, inijciunt per ſenſus corporis opus, deſideriumque libidinis, quatenus à cœleſtibus deorſum deiectam animam pertrahant, ſecumque quos vicerint gloriantes ad tartara ducant. Itaque ſicut bonum eſt caſtitatis præmium, ita etiam ſecũdum ſanctorum Patrum concilij Carthaginenſis quarti ſententiam [b], maiori obſeruãtia, & præceptione cuſtodiendum eſt. Cuſtodietur autem, & conſeruabitur optimè illud caſtitatis, & continentiæ præmiũ à clericis, ſi mulierum familiaritatem, & fornicationem fugiant; ex illa enim hæc fere ſequitur. Quocirca ſapientiſſimus ille Salomon filium ſuum erudiens [c]; Conſerua, inquit, fili mi præcepta patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ, liga eam in corde tuo iugiter, & circũda gutturi tuo; cùm ambulaueris, gradiantur tecum; cùm dormieris cuſtodiant te, & euigilans loquere cum eis. Quia mandatum lucerna eſt, & lex lux, & via vitæ increpatio diſciplinæ, vt cuſtodiant te à muliere mala, & à blanda lingua extranea. Non cõcupiſcat pulchritudinem eius cor tuum, ne capiaris nutibus illius. Pretium enim ſcorti vix eſt vnius panis: Mulier autem viri pretioſam animã capit. Nunquid poteſt abſcondere homo ignem in ſinu ſuo, vt veſtimenta illius non ardeant? aut ambulare ſuper prunas, & non comburantur plantæ eius? Sic qui ingreditur ad mulierem proximi ſui, non erit mundus, cùm tetigerit eam. Dic ſapientiæ, ſoror mea es, & prudentiã voca amicam tuam, vt cuſtodiat te à muliere extranea, & abaliena, quæ verba ſua dulcia facit. Ne abſtrahatur in viis illius mens tua, neque decipiaris ſemitis eius. Multos enim vulneratos deiecit, & fortiſſimi quiq; interfecti ſunt ab ea. Viæ inferi domus eius penetrantes in interiora mortis [d]. Non des mulieri poteſtatem animæ tuæ, ne ingrediatur in virtute tua, & confundaris. Virginem ne conſpicias, ne fortè ſcãdalizeris in decore illius. Ne des fornicariis animam tuam in vllo, ne perdas te

a *lib. 2. de ſummo bo. cap. 9.* *Caſtitas eſt animæ pulchritudo.*

b *cap. 104. & c. ſicut. 27. q. 1.* *Quomodo caſtitas et continentia ſeruanda ſit.*

c *Prouerb. 6.*

d *Prouerb. 7.*

& hæreditatem tuam. Noli circumſpicere in vicis ciui-
*Auerte faciem tuam à muliere compta.* tatis, ne oberraueris in plateis. Auerte faciẽ tuam à mu-
liere compta, & ne circũſpicias ſpeciem alienã. Propter
ſpeciẽ mulieris multi perierunt, & ex hoc, concupiſcen-
tia quaſi ignis exardeſcit. Cum aliena muliere ne ſedeas
omnino, nec accumbas cum ea ſuper cubitum, & non
alterceris cum illa in vino, ne fortè declinet cor tuum in
a *Eccleſ.9.cap.* illam, & ſanguine tuo labaris in perditionem[a].
b *Matt.5.cap.* Vnde & Chriſtus[b]: Audiſtis, inquit, quia dictum eſt
antiquis: Non mœchaberis: ego autem dico vobis, quia
omnis, qui viderit mulierem ad concupiſcendam eam,
iam mœchatus eſt eam in corde ſuo. Et Paulus Timo-
c *epiſt.1.cap.5.* theo ſuo ſcribens[c]: Adoleſcentiores, inquit, viduas de-
uita. Cum enim luxuriatę fuerint in Chriſto, nubere vo-
lunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam
fecerunt. Simul autem & otioſè diſcũt circuire domos,
non ſolùm otioſè, ſed & verboſè & curioſè loquentes,
d *epiſt.1.cap.4.* quæ non oportet. Et idem ad Theſſalonicẽſes[d]: Fratres,
inquit, rogamus vos, & obſecramus in Domino Ieſu,
vt quemadmodum accepiſtis à nobis, quomodo opor-
teat vos ambulare, & placere Deo, ſic & ambuletis, vt
abundetis magis. Scitis enim quæ pręcepta dederim vo-
bis per Dominum Iesvm. Hæc eſt autem voluntas
Dei ſanctificatio veſtra, vt abſtineatis vos à fornicatio-
ne, vt ſciat vnuſquiſque veſtrum vas ſuum poſſidere in
ſanctificatione, & honõre, non in paſſione deſiderij.
e *epiſt.1.cap.6.* Rurſum idem Corinthiis ſcribens[e]: An neſcitis, in-
quit, quia iniqui regnum Dei non poſſidebunt? Nolite
errare, neque fornicarij, neque adulteri, neque molles,
neque maſculorum concubitores regnum Dei poſſide-
*Corpora noſtra membra ſunt Chriſti.* bunt. Neſcitis quoniam corpora veſtra membra ſunt
Chriſti? Tollens ergo membra Chriſti faciam membra
meretricis? Abſit. An neſcitis, quoniam qui adhęret
meretrici vnum corpus efficitur? Erunt enim, inquit,
duo in carne vna. Qui autem adhęret Domino vnus ſpi-
ritus eſt. Fugite igitur fornicationem. Omne enim pec-
catum quodcumque fecerit homo extra corpus eſt: qui
*Mẽbra noſtra templum ſunt Spiritusſancti.* autem fornicatur in corpus ſuum peccat. An neſcitis
quoniam membra veſtra templum ſunt Spiritusſancti,
qui in vobis eſt, quem habetis à Deo, & nõ eſtis veſtri?

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Empti enim eſtis pretio magno, glorificate, & portate Deum in corpore veſtro.

Mirum profectò eſt, maximo pudore non affici eccleſiaſticos, præſertim in ſacris ordinibus conſtitutos, qui coram Deo, & angelis eius fœda ſe libidine polluunt, cum corpora ſua Chriſto, & Spiritui ſancto, tanquam pura templa non ſolùm in baptiſmate, verumetiã in ſacrorum ordinum ſuſceptione conſecrarint, & dedicarint. B. Hieronymus[a]: Sicut, inquit, vinũ, & ebrietas eum, qui biberit mentis ſuæ impotem facit; ita & fornicatio, & voluptas peruertit ſenſum, animumq́ue debilitat: & de rationabili homine brutum efficit animal. Nam, vt Oſeas propheta inquit[b], fornicatio, & vinum, & ebrietas auferunt cor. D. verò Chryſoſtomus prædictum locum Pauli ad Corinthios explicans[c]: Membra Chriſti eſtis, inquit, templum eſtis ſpiritus, quare nolite facere membra meretricis. Non enim corpori veſtro contumeliam facitis, quia non eſt veſtrum corpus, ſed Chriſti. Hæc autem dixit, ſimul & humanitatem oſtendens, quod eius corpus noſtrum eſt, & à malorum licentia nos auertens. Nam ſi alienum corpus eſt, non habetis poteſtatem, vt alienum corpus iniuria afficiatis, inquit, & maximè cùm ſit Domini, neque Spiritu ſancti templum maculandum eſt. Nam ſi quiſpiam priuatam domum ingreſſus, & illã ignominia afficiens, vltimum dabit ſupplicium; qui Regis templum ſpeluncam latronum fecerit, intelligas velim, quot mala perpetietur? His igitur conſideratis, eum, qui in vobis habitat reuereamini, quippe qui cõſolator eſt, & vobis coniunctum, & inhærentem timeatis.

*O mirandum: certè hoc eſt facinus.*

a *in 4. cap. Oſeæ.*

*Luxuria ex homine brutũ facit.*

b *Oſeæ 4.*

c *Hom. 18.*

Huc pertinet & illud D. Auguſtini[d]: Noli, inquit, dicere tibi, quando fortè aliquid luxuriãter vis agere; vxorem nõ habeo, facere poſſum quod volo. Non enim poſt vxorem meam pecco. Iam noſti pretiũ tuum, iam noſti quo accedis, quid mãduces, quid bibas, imò quem manduces, quem bibas. Abſtinete à fornicationibus. Ne fortè mihi dicas ad fornicem vado, ad meretricem pergo. Nec illud præceptum violo, quo dictum eſt: Non mœchaberis, quia vxorem nõdum habeo, nec poſt illam aliquid facio. Nec illud præceptum violo, vbi dictum eſt:

d *in lib. de decem chordis cap. 10.*

*Friuola excuſatio cælebis fornicarij.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Non concupiſces vxorem proximi tui. Qui ad publi[illegible] vado, in quod præceptũ incurro? Charior factus eſt [illegible] homo, quàm Deus. Ergo quomodo facio, inquis, [illegible] Deo? Corrumpis te ipſum. Et vnde iniuriã facio Deo, quia corrumpo meipſum? Vnde tibi facit iniuriam [illegible] voluerit fortè lapidare tuam tabulam pictam, in qua ta-bula imago tua eſt, in domo tua inaniter poſita [illegible] nam gloriam tuam, nec ſentiens, nec loquens, nec [illegible] Si quis illam lapidet, nónne in te eſſe contumeliam [illegible]ctam attendis? Cùm verò imaginem Dei, quod es, corrumpis in te per fornicationes, & per diffluentiam [li]bidinis, attendis quia ad nullius vxorem acceſſiſti, [at]tendis quia poſt vxorem tuam nihil feciſti, quia [illegible] non habes, & non attẽdis per libidines illicitas fornica-tionis, cuius imaginẽ violaſti? Hoc iuſſit, hoc [illegible] Dominus, ne per illicitas voluptates corruat [illegible] eius, quod eſſe cœpiſti. Nunquid hoc ego dico? Apoſto-lum audite[a]: Neſcitis, quia templum Dei eſtis, & Spi-ritus Dei habitat in vobis? Si quis templum Dei [cor]-perit, corrumpet illũ Deus. Videtis quomodo [illegible] Non vis corrumpi domum tuam; quare corrumpis [do]-mum Dei? Vide quid facias de templo Dei. Si [illegible] in eccleſia facere adulteriũ, intra iſtos parietes, quid eſſet ſceleratius? Modo autem tu ipſe es templum Dei. Vide igitur quid agas, vide ne offendas templi habita-torem, ne deſerat te, & in ruinam vertaris. Neſcitis, inquit, quia corpora veſtra templum in vobis eſt Spiri-tus ſancti, quem habetis à Deo, & non eſtis veſtri[b].

a 1. Corinth. 6.

*Per fornicationẽ domus Dei corrumpitur.*

b *Auguſt. de verb. Dom. ſerm. 16.*

Ad conſeruandum igitur in nobis hoc Dei templum inuiolatum, & perpetua caſtitate exornatum, pulchrum & efficax admodum remedium ad fornicationis ſpi-ritum, & carnis concupiſcentiam refrænandam, Ber-nardus ſcripſit[c], quod ſuprà poſitis addendũ duxi. [To]-tiens, igitur, ait, te ſentis turpibus cogitationibus [tenta]-ri, & ad illicitam delectationem affici; totiens [illegible] mentis oculos quomodo Chriſtus in cruce crucifixus eſt pro te. Intuere quomodo à Iuda Iudæis traditur, & quàm viliter pertractatur, blaſphematur, & colaphiza-tur; iudicatur & cõdemnatur; expoliatur & flagellatur; ad vltimum verò cõtumeliis & opprobriis affectus in-ter duo

c *in tract. de interiori domo. cap. 20.*

*Contra turpes cogitationes remedia.*

ter duos latrones ſuſpenditur, clauis cruci affixus, ſputis deriſus, ſpinis coronatus, lancea perforatus, ex omnibus partibus ſanguis emanat, & inclinato capite emittit ſpiritum. Ita redemptor tuus moritur pro te, & tu, neſcio, cuiuſmodi ſordida cogitatione ſordidaris in mẽte. Sufficere poſſet hæc cogitatio, ad excludendas omnes illicitas cogitationes. Sed ecce ad alia tranſeamus. Conſidera quomodo morieris, quando aliqua graui infirmitate vexatus, & ad extrema deductus, & ibi ad terram proiectus inter longa ſuſpiria & difficiles ſingultus, inter diuerſos dolores & timores animã expirabis. Tunc veniet corpus in pallorem & horrorem, in ſaniẽ & fœtorem, erit vermis, & cibus vermium: animam verò mox capient, & rapient laruales illæ facies, quæ eam in exitu præſtolantur; & ex omni parte terrebunt eam dęmones terribiles & horribiles. Cogita quis eam defendet à rugientibus pręparatis ad eſcam: quis cõſolabitur eam cùm teterrima illa mõſtra dæmoniorum occurſantia ſibi cateruatim ruere videbit, aut quis deducet per ignotam regionem? Attende etiam quàm ſubitò venit dies vltima; ſubitò venit, & forſan hodie erit. Iam adeſt, iam præſentaberis ante tremendum iudicem; accuſaberis multis & magnis offenſis; non vno, non paucis, ſed innumeris criminibus; non paruis, ſed immenſis; nõ dubiis, ſed certis; non breui accuſatione, ſed tam longa, quàm longa eſt tota vita tua; non vno accuſatore, ſed tot, quot ſunt delicta tua. Ipſe iudex erit diſtrictus accuſator tuus. Omnes etiam ſpiritus boni & mali corã Deo te accuſabunt cum eo. Boni, quia Deo debent æquitatẽ: mali, quia tuam ſeruant iniquitatem. Tot iudicibus & populis aſtabis, quot præceſſerũt te in opere bono. Tot agentibus confunderis, quot tibi præbuerunt bene viuendi exemplum. Tot conuinceris teſtibus, quot te monuerunt bonis ſermonibus, & iuſtis actionibus. Omnibus populis nudabuntur iniquitates tuæ, & cunctis agminibus patebunt vniuerſa ſcelera tua, non ſolùm actionum, verumetiam cogitationum, & locutionum. Multa verò peccata tunc prorũpent ex improuiſo, quaſi ex inſidiis, quæ modo nõ vides, & forſitan plura & terribiliora his quæ nunc vides. Vndiq; erunt tibi anguſtię,

hinc erunt accuſantia peccata, inde terrens iuſtitia; ſub-
tus patens horridũ chaos inferni, deſuper iratus iudex,
intus vrens conſcientia, foris ardens mundus. Si iuſtus
vix ſaluabitur, peccator ſic deprehẽſus in quam partem
ſe premet? Latêre erit impoſſibile, apparere intolerabi-
le. In tanto diſcrimine torquebit te tua conſciẽtia mala
ſibi conſcia, cruciabunt cordis arcana. Cogente te
conſcientia, tuipſe eris accuſator & iudex tuus. Conui-
ctus teſte propria conſciẽtia, & teſtibus oculis iu-
dicis, fugere non poteris, ſed tremẽs & anxius ſuſ-
pẽſus ad grauiſſimam ſententiã in anguſto periculo,
in periculoſa anguſtia, tãquam ilico recepturus quod in
perpetuũ amittere nõ poteris. Iudex tũc erit vehemẽter
iratus, & terribiliter diſtrictus, ſententia eius ſemel data
erit immutabilis: tortores horribiles, qui nunquam ſatia-
rẽtur, erũt parati, vt data ſentẽtia, te damnatũ ad tormẽ-
ta rapiãt. Tormenta erũt ſine interuallo, & ſine [illegible]
mẽto: timor cõturbabit te, cũ terra aperietur contra te,
tu rues, & cades in ſtagnũ ſulfuris ardẽtis, & flamma ig-
nis exterius carnẽ tuã cõburet; vermis interius conſcien-
tiã corrodet; ibi eris ſine fine, ſine ſpe veniæ et miſericor-
diæ. Omnia verò gehẽnæ ſupplicia ſuperabit, Deũ vi-
dere, & bonis carere, quę in poteſtate habuiſti [illegible]

Si vis omnes malas cogitationes à corde tuo expelle-
re, hæc ſæpe cogita. Ibi namque eſt cogitatio tua, vbi eſt
affectio tua: ibi cor tuum, vbi eſt deſideriũ tuum: quo-
niã illud ſæpius in cogitatione voluimus, cuius amore
plus affecti ſumus. In cogitatione ſua cadit quiſque, vel
ſtat. Si bona cogitas, cogitatio tua ſancta cuſtodiet te. Si
mala cogitas, Spiritus ſanctus diſciplinæ effugiet fictũ,
& auferet ſe à cogitationibus, quę ſunt ſine intellectu,
ritq; templũ Dei ſpelũca diaboli; quoniã quem Deus de-
ſerit, diabolus arripit. Spiritus ſanctus ſuggerit bona &
dulcia; ſpiritus malus mala & amara, vana, immunda &
immũda. Et ideo quacunq; hora mala cogitatio animũ
tangit, non cõſentias illi: nec ſinas eam in corde tuo ma-
nere, ſed ilico repelle. In initio cogitationis iniquæ reſi-
ſte, & fugiet à te. Nam ante Dei oculos non volant va-
cuæ cogitationes noſtrę, & nulla momenta temporis
animũ tranſcendunt ſine ſtatu retributionis. Cogita-
*Cogitationis efficacia.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

praua delectationem parit, delectatio conſenſum; conſenſus actionem; actio conſuetudinem; conſuetudo neceſſitatem; neceſſitas mortem. Sicut vipera à filiis ſuis in ventro poſitis lacerata perimitur; ita nos cogitationes noſtræ intra nos nutritæ occidunt. Dæmonum eſt malas cogitationes ſuggerere, noſtrum eſt ilico illas expellere. Nam in animo noſtro eas iacere, noſtrę attinet voluntati, & propriæ deputatur culpæ. Voluntate namque ſua cadit, qui cadit: & voluntate Dei ſtat, qui ſtat. Cogitatio tamen immunda mentem non inquinat, cùm pulſat, niſi cùm hanc ſibi per delectationem ſubiugat. Cùm igitur per prauas ineptasque cogitationes vaga mente diſcurris, deceptoriis ſpiritibus tentandi aditum in reaperis. Et ita te à Deo ſeparas; quoniam peruerſæ cogitationes ſeparant à Deo. Mens inſtabilis & inquieta dum ſemper nititur apprehendere quod appetit, deſideriis ſuis circumagitata nunquam requieſcit. Idcirco in vno æternitatis deſiderio immobiliter debet figi [a]. Non eſt dubium, quod qui caſti perſeuerant, & virgines ſunt, angelis Dei efficiuntur æquales [b].

*Cogitatio immunda quãdo noceat.*

Præterea D. Gregorius, ad extinguendũ, ait [c], fornicationis ſpiritum virtus vna nõ ſufficit. Abſtinentia quidẽ ciborum contra hoc vitium fortiſſima eſt, ſed ſola non praualet, quocirca illi addatur humilitas, & frequẽs oratio & mens quaſi fortiſſimo milite, bonarum cogitationum honeſtate vndiq; ornata ſit. Sanctorũ Patrum, & electorum fortium exemplis cingatur; ſacrarum ſcripturarum doctrinis circũdetur; nullam ſui partem vacuam habeat, qua hoſtis irrũpat. Qui tanto facilius depellitur, quantò vnuſquiſque cogitare alia, quàm carnis oblectamẽta poteſt. Nã cùm duas ſimul res imaginari nõ poſſumus, dũ, quicquid eſt, aliud cogitamus, immũda cogitare nõ poſſumus. Celer ergo et facilis victoria libidinis eſt, circũſpectio cogitationis: ſi quoties carnalia obuiãt, ad aliquid omniũ recurramus, quod libidinis nõ ſit blãdimentũ. Quia qui caſtè proponũt viuere, de blãdimentis carnis in ſe aliquid retinere nõ debẽt. In carne quidẽ eſſe debẽt, vt bona per carnẽ agant: ſed ſic debent à carnis voluptate per mentis ſublimitatẽ diſcedere, vt contumelias de carne nõ tolerent. Si verò pręter voluntatẽ, & nobis

a Bernard. d. lib. cap. 21.
b Idem d. cap. 10. §. conſcientia.
c lib. 5. expoſit. in 1. Reg. cap. 4. et lib. 6. cap. 1. & 2.
*Alia cõtra fornicationis ſpiritum remedia.*

& nobis quodammodo inuitis membra turpiter moueantur & pruritus fiant, nos non hoc operamur, sed quod inhabitat in nobis peccatum originalis culpæ, atque tunc velle quidem nobis adiacet, ſed adimplere non inuenimus; ſiquidem vellemus, vt nobis nihil aliquid in nobis moueri non poſſet. Qui igitur agere poteſt, vt noxia nunquam cogitet, agat quod poteſt, ſtatim cogitationem eijciat, quæ negligenter animum intrat. Sic nimirum quaſi ignem maximum in torres ſingulos & velociter diuidit, & celeriter extinguit: omnes flammas cogitationum ſic ſeparat, vt eas in mente neque per negligentiam, neq; per deſidiam ſinat: Glutinum quippe illecebroſorum motuum immunda cogitatio: à qua ſi minimè paſcuntur, nire non videntur. Oculi accuratè cuſtodiantur, libentur immunda vidēt, ſtatim carnem ad concupiſcendo violenter mouent; quo libētius ac talia cogitant, quaſi carbones carbonibus, turpibus ribus motus ligant; & dum libet attentius immunda nere, mens mundum & ſanctum cogitare nequit. Teneat ergo fortem cuſtodiam oculorum & animi, potenter vult diſpergere motus carnis. Semel ſpecies formæ cordi per oculos illigata, vix ſtaminis manu ſoluitur. Ne igitur quædam cogitatione verſemus, prouidendum nobis eſt, tueri non decet, quod nō licet concupiſci. Et vt mens in cogitatione ſeruetur, à laſciuia voluptatis deprimendi ſunt oculi, quaſi quidam raptores ad culpam. Quam cordis munditiam quiſquis adipiſci non quid aliud quàm eiuſdem à ſe munditiæ auctorem pellit [a]? Nil autem ſic ad edomādum deſideria carnalium appetitum valet, quàm vt vnuſquiſq; vnum diligit, quale ſit mortuum penſet [b].

*a Greg. lib. 21. moral. cap. 2. et 3.*

*b Greg. lib. 16. moral. cap. vlt.*

*Remedia cōtra tentationes luxuriæ.*

Porrò quando impulſu dæmonum mens ad tentationem fornicationis impellitur, clamemus orationem ad Deum, dicendo cum B. Ambroſio: virtutum, caſtitatis, & integritatis amator Deus, rore benedictionis tuę extingue in corpore meo fomitem ardentem libidinis, vt maneat in me tius caſtitatis animę, & corporis. Mortifica in me ſtimu-

ſtimulos, & omnes libidinis commotiones; & da mihi veram, & perpetuam caſtitatẽ cum cæteris donis tuis, quæ tibi placent in veritate, vt ſacrificium laudis caſto corpore, & mundo corde valeam tibi offerre. Et cum Eccleſia: Vre igne ſancti Spiritus renes noſtros, & cor noſtrum Domine, vt tibi caſto corpore ſeruiamus, & mundo corde placeamus. Deinde diuini iudicij metus, & æterni tormenta incendij ante oculos proponantur, quia nimirũ omnis pœna grauioris ſupplicij formidine ſuperatur. Sicut enim clauus clauum pellit; ita ſæpe recordatio ardoris gehennæ, ardorem excludit luxuriæ[a]. Siquidem D. Paulus Epheſiis ſcribens[b]: Fornicatio, inquit, & omnis immunditia, aut auaritia, nec nominetur in vobis, ſicut decet ſanctos, aut turpitudo, aut ſtultiloquium, aut ſcurrilitas, quæ ad rem non pertinet: ſed magis gratiarũ actio. Hoc enim ſcitote intelligentes, quod omnis fornicator, aut immundus, aut auarus non habet hæreditatem in regno Chriſti, aut Dei. Nemo vos ſeducat inanibus verbis. Propter hæc enim venit ira Dei in filios diffidentiæ. Et ad Galatas[c]: Manifeſta ſunt opera carnis, quæ ſunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, quæ prædico vobis, ſicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non conſequẽtur. Quibus conſonat & illud D. Ioannis[d]: Fornicatoribus & omnibus mendacibus pars illorum erit in ſtagno ardenti igne, & ſulphure, quod eſt mors ſecunda. Ne igitur clerici ad hunc locum tormentorum propter fornicationem deueniant, & ad ſubtrahendum illis magnam, & procliuem illius perpetrandę occaſionem, Innocentius tertius in concilio generali Lateranenſi hanc contra incontinentes promulgauit conſtitutionem[e]:

*a Iſid. de ſummo bon. lib. 2. cap. 39.*

*b cap. 5.*

*Fornicatores in regno Dei nõ habent hæreditatem.*

*c cap. 5.*

*d in Apoc. 21.*

*Qualis fornicatoribus & mendacibus locus ſit in inferno deſignatus.*

*e Concil. Latera. 2. cap. 14. c. vt clericorum. de vit. & honeſt. cler.*

Vt clericorum mores, & actus in melius reformẽtur, continenter & caſtè viuere ſtudeant vniuerſi, prę ſertim in ſacris ordinibus conſtituti, ab omni libidinis vitio præcauentes, maximè illo, propter quod venit ira Dei in filios diffidentiæ, quatenus in conſpectu omnipotentis Dei puro corde ac mundo corpore valeant miniſtrare. Ne verò facilitas veniæ incentiuum tribuat delinquẽdi, ſtatuimus, vt qui cõprehenſi fuerint incontinentiæ vitio laborare, prout magis, aut minus peccauerint, puniãtur ſecundum

*Peccatũ Sodomiticũ clericis maximè prohibitum.*

*Facilitas veniæ incẽtiuum tribuit delinquendi.*

ſecundum canonicas ſanctiones, quas efficacius, & [illegible]

*Quos diuinus timor à malo non reuocat, tẽporali pœna ſunt cohibẽdi à peccato.*

ſtrictius præcipimus obſeruari: vt quos diuinus [illegible] malo non reuocat, temporalis ſaltem pœna cohibeat [illegible] peccato. Si quis igitur hac de cauſa ſuſpenſus præſum-pſerit celebrare diuina, non ſolum eccleſiaſticis bene-ciis ſpolietur, verumetiam pro duplici culpa perpetuò deponatur.

*Prælati incontinentiam clericorum ſuorum tolerantes quomodo puniendi ſint.*

Prælati verò qui tales præſumptiones [illegible] iniquitatibus ſuſtinere, maximè obtentu pecuniæ [illegible] terius cõmodi tẽporalis, pari ſubiaceãt vltioni. [illegible] tem ſecundum regionis ſuæ morem non abdicant [illegible] pulam coniugalem, ſi lapſi fuerint, grauius puniantur [illegible] cùm legitimo matrimonio vti poſſint. Et idem [illegible] trahendũ clericis perdendæ continentię, & caſtitatis [illegible] caſionem, ſcribens cuidam Epiſcopo[a]: Cum clericis [illegible] quit, nõ permittas mulierculas habitare, niſi [illegible] lis perſonis exiſtãt, in quibus naturale fœdus [illegible] mittat ſæui criminis ſuſpicari.

*a in c. à nobis. de cohabit. cler.*

Quæ autem iſtæ mulier-culę ſint expreſſit Synodus Nicęna his verbis[b]: Interdi-xit per omnia ſancta Synodus nõ Epiſcopo, nõ preſby-tero, non diacono, non ſubdiacono, non alicui omnino qui in clero eſt, licere ſubintroductã habere mulierem, niſi fortè aut matrem, aut ſororem, aut amitã, aut [illegible] eas idoneas perſonas, quæ fugiant ſuſpiciones. Vel [illegible] verſio & interpretatio cõcilij nunc habet; omnibus [illegible] dis interdixit ſancta Synodus, nulli clericorum [illegible] licere habere ſecũ mulierem extraneã, niſi fortè mater [illegible] aut ſoror, aut auia, aut amita, vel matertera ſit. In his namq; ſolis perſonis, & harum ſimilibus, omnis [illegible] mulieribus eſt ſuſpicio declinatur.

*b can. 3. & c. interdixit. diſt. 37. Iuo 6. par. decret. cap. 86.*

*Quales cũ clericis habitare poſſint mulieres.*

Et in cõcilio Carthaginenſi tertio ſtatutum fuit[c]; vt cum omnibus omnino clericis extraneæ fœminæ non cohabitent, ſed [illegible] tres, auiæ, & matetteræ, amitæ, ſorores, filiæ [illegible] ſororũ, & quicumq; ex familia domeſtica [illegible] etiam antequã ordinarentur, iam cum eis habitabant: vel ſi filij eorum iam ordinatis parentibus vxores accepe-rant: aut ſeruis non habentibus in domo quas [illegible] aliunde ducere neceſſitas fuerit. Verùm ſi de prædictis mulieribus ſuſpicio ſit, nec illas retinere poſſunt [illegible] inſtigãte diabolo, & in illis ſcelus perpetrari [illegible] aut in pediſſequis earũdem[d]. Vnde legitur quod [illegible]

*c cap. 17. & c. cum omnibus. diſt. 81.*

*d c. inhibendũ. de cohabit. cler.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

guſtinus, nec cum ſorore habitare conſenſerit, dicens [a]: Quæ cũ ſorore mea ſunt, ſorores meæ non ſunt. Docti ergo viri cautela, magna nobis debet eſſe inſtructio.

*a c. legitim. diſt. 81.*

*Quàm periculoſa ſit clericorum & mulierum cohabitatio.*

## CAP. VII.

D. GREGORIVS [b]: Oportet, inquit, ſacerdotes (quibus Domini populus commiſſus eſt) cum magna conſtantia vigilare ſuper dominicas oues, ne lupinis morſibus (id eſt diaboli ſtimulis) lanientur. Neque enim hoc ſilere debeo (quod cum graui animi triſtitia, & amaritudine dico) ſacerdotes cum fœminis habitare conſpicio; quod nefariũ eſt dicere, vel audire, & contra ſanctorum canonum ſancita, vbi enim talis fuerit commorãtium cohabitatio, antiqui hoſtis ſtimuli non deſunt. Ideoq; admonendi ſunt, vt non antiqui hoſtis decipiantur fraude; quatenus iuxta Apoſtoli vocẽ [c], non vituperetur miniſterium noſtrum. Cauere enim oportet nos fratres ab illicitis, vt mundas valeamus manus ad Dominum leuare. Scriptum eſt enim [d]: Sancti eſtote, quoniã ſanctus ego ſum. Si quis verò pręſumpſerit aliter agere, ſacerdotij ſui honore priuetur. Vnde omnimodo cauẽdum eſt, fratres, ne fallamus populum, & illud Prophetę dictum impleatur in nobis [e]: Sacerdotes mei contaminãt ſancta, & reprobãt legem. Quos & alius Propheta increpauit, dicẽs [f]: O vos ſacerdotes, qui fallitis nomen meum. Et dixiſtis: in qua re fallimus nomen tuum? Quibus reſponſum eſt: Offerẽtes ad altare meũ panes pollutos. Non eſt mihi voluntas in vobis, dicit Dominus, & ſacrificium non accipiam de manibus veſtris, quia polluti eſtis. Quocirca & D. Hieronymus ad Nepotianum de vita clericorum ſcribẽs [g]: Hoſpitiolum, ait, tuum aut rarò, aut nunquam mulierum pedes terãt. Quia nõ poteſt toto corde cum Deo habitare, qui fœminarum acceſſibus copulatur. Fœmina conſcientiã ſecum pariter habitãtis exurit. Nunquam de mulierum forma diſputes. Fœminę nomẽ tuum neſciãt. Fœminã, quam bene videris conuerſantẽ, mente dilige, non corporali frequentia. Si bonum eſt mulierem non tangere, malum eſt ergo tangere. Et quia diabolo nullum locum

*b c. oportet. diſt. 81.*
*c 2. Corinth. 6.*
*d Leuit. 20.*
*e Sopho. 3.*
*f Mala. 1.*
*g in c. hoſpitiolum. diſt. 32.*
*Clericis nunquam de mulierum forma diſputandũ eſt.*

dare

*a primo cap. 3. & Iuo par. 6. decret, cap. 191.*

*b c. clericus ſolus. diſt. 81. & c. ſed ſi fortè. ibid.*

*c c. ſi quiſquã. de cohib. cler. et mul.*

*d c. volumus. et c. fœminas. & 3. ſequent. diſt. 81. c. cùm in præterito. diſt. 84. Iuo par. 6. decret. cap. 187. & 3. ſequen. & cap. 92. & Syricius Papa epiſt. 4. cap. 9. et Innoc. 1. epiſt. 1. cap. 9. conc. Aurel. 3. can. 4. cõc. Matiſcon. 1. cap. 1. conc. Tolet. 2. cap. 3. cõc. Brachar. 1. cap. 15. conc. Turon. 2. cap. 10. 11. et 12. cõcil. Magunt. 1. cap. 49.*

*e de ſingular. cleric.*

dare oportet, hoc quoq; præcipuè cuſtodiendum [illegible] in concilio Turonico[a] decreuerunt; vt nullum [illegible] cum extraneis fœminis habeant familiaritatem [illegible] malè loquendi, vel malè ſentiendi hominibus [illegible] tribuant. Quia frequenter per hanc indecentem [illegible] ſionem contingit, vt diabolus, qui inſidiatur [illegible] cubili ſuo, de ruina ſeruorũ Dei exultet. Si quis [illegible] poſt interdictum Epiſcopi ſui illicitis famil[illegible] extranearum fœminarum voluerit inhærere, [illegible] mione habeatur alienus. Nam & prius à B. Clem[illegible] tutum legitur[b]: Clericus ſolus ad fœminæ [illegible] non accedat, neq; properet, ſine maioris natu [illegible] iuſſione, nec ſolus presbyter cum ſola fœmina [illegible] miſceat; nec Archidiaconus ſub prætextu [illegible] aut officij frequenter intret domicilia matron[illegible] fortè per clericos, aut domeſticos matronæ [illegible] quid ſecretè. Si agnitum fuerit, & ille depona[illegible] à luminibus eccleſiæ arceatur. Sed ſi fortè aliqua [illegible] ceſſio fuerit, Epiſcopo ſuggeratur; & ſi talis [illegible] ire debeat, ipſe per interuentum pergat. Sin [illegible] latere ſuo dirigat cum duobus aut tribus teſtibus. [illegible] mo tamen cum extranea habitet fœmina, niſi [illegible] proxima fuerit: & cũ magna ſolicitudine [illegible] ignoro malitias ſatanæ. Eugenius verò Papa [illegible] quiſquam ſacerdotum, id eſt, presbyter, diacon[illegible] diaconus, de quacumque fœmina crimine fornica[illegible] ſuſpectus, poſt primam, ſecundam, & tertiam adm[illegible] tionem inueniatur fabulari, & aliquo modo con[illegible] cum ea, excommunicationi ſubdatur; fœmina [illegible] nonicè iudicetur. Sunt & alia plura Pontificum, [illegible] ciliorum decreta, quibus familiaritas, & cohab[illegible] mulieribus clericis, & præſertim in ſacris con[illegible] terdicitur, & caſtitas atque continentia iiſdem [illegible] præcipitur[d], ſed illa breuitatis ſtudio omittim[illegible]

Scripſit & hac de re inſignem tractatum D. Cypria-nus[e], in quo præter alia dicit; ſibi à Domino [illegible] fuiſſe, vt clericis mandaret, ne cum fœminis comm[illegible] rentur. Quid enim illic geritur, vbi libertatis [illegible] lier in contubernalitate conſtantiam? quando in [illegible] ſticis negotiis nunc lacertos, & fœmora lanifici[illegible]



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

bus nudat, nunc æſtuans detegit membra; nunc fatigata inflatur, aut in riſum aliquando diſſoluitur, nunc blanditias exhibet, & quod eſt venenoſius ſuper cuncta, pſallere delectatur, aut canere. Cuius cantu tolerabilius eſt audire baſiliſcum ſibilantem. Contra quam Salomon ſic nos cautos efficit, dicens[a]: Cum ſaltatrice noli aſſi- *a Eccleſ. 9.*
duus eſſe, nec audias illam, ne fortè diſpereas in efficacia eius. Quid dicimus, ſi videas iocũdantem, aut quod eſt deterius, blandiẽtem? Semel dixerim: Omnis inconueniens ſodalitas mulierum, gluten eſt delictorum, & viſcus toxicatum, quo diabolus aucupatur. Si animum noſtrum confidimus in hac communitate poſſe durare ſemper, vel illud apud nos debet eſſe ſuſpectum, ne ipſæ, quæ nobiſcum conueniũt, in noſipſos forſitan moueantur, aut in alteros amores præerapida ætate incitamentis furialibus incitentur, & erit nobis cauſa, quod peius eſt ſine cauſa, vt fornicatio nos maculet aliena; apud quos ſuggeritur ceteris occaſio lupanaris, & crimine alieni reatus abſorbebimur, cui nos ipſi ſubornamus immunditiæ lenonicium. Cùm ergo nos pulſat coniunctionis huius moleſtia deteſtabilis, etſi adulteros non poteſt facere, facit tamen peiores adulteris, & incœſtis. Quis enim cordis alterius ſcrutator qualitatem vniuſcuiuſque perpendat, & pro altera perſona contra diabolum repugnator, circa Deũ verò idoneus fideiuſſor eſſe præſumat? Contubernium verò, etſi nulla in ipſo turpis conſuetudo naſcatur, accendit: quia impoſſibile eſt iniquitatem ad victoriam peruenire, quæ contendit cõtra Dei iuſſa pugnare. Quantum enim lex obediẽtibus ſuggerit adiutorium, tantum inobedientibus incitat peccatum; dicente Apoſtolo[b]: Virtus peccati lex.

*Impoſſibile eſt iniquitatem ad victoriam peruenire.*

*Lex ſuggerit obediẽtibus adiutorium.*

*b 1. Corinth. 15.*

Sunt neceſſitates aliæ, quæ nos quoque priuatim fœminas videre compellant, ſed etiam ipſæ diuini operis, vel præcepti imperãt efficaciam, vt viſitemus, vt ſolatia præbeamus, vt hortamẽta vitalia ſalubriter intimemus. Nec tamen & in officiis minor cura agenda eſt pro moribus noſtris, vt clareſcant in noſtra operatione indicia puritatis. Seueritas non deſit, quæ ſub clerico fœminam poſſit adſtringere, vt ipſa conſolationem noſtram ſuſcipiat cum tremore, & ita ſentiat viſitationis affectum, vt



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

clericum veneretur. Totum quicquid agimus honeſtè eſſe poteſt, ſi ſemper in nobis ſigna honeſtatis clareant, ſicut Paulus Apoſtolus vniuerſa complexus eſt, dicens[a]: Omnia veſtra honeſtè fiant. Et iterū[b]: Sic præcipimus, inquit, vobis, vt honeſtè ambuletis. Sinceriter ergo ſinceritas ipſa ſeruanda eſt, & omne quod voti eſt, in actu ſignandum eſt, ne aliud vota commendent, aliud actus inſinuent. Plenitudo eſt ergo ſanctitatis palma perfecta, vt ex omni parte ſecū non habeat recuſet, ne quod profitetur odiſſe, tenendo videatur amare. Nunquam ſecurus cum theſauro latro tenetur incluſus, nec intra vnam caueam habitans cum lupo tutus eſt agnus. Ipſe ſe voluit ſuperari, qui hoſtem proprium in ſuas portas induxit, & inteſtinum gladium ſibi ipſi ſuppoſuit, qui locum habitationis ſuę aduerſarijs ingreſſibus reſerauit. Et qui fretus eſt conuerſari cum fœminis, ſine cauſa dicit: Pacatus volo eſſe cum diabolo, contra Apoſtolum dicētem[c]: Nolite locū dare diabolo. Omni ergo modo muniendus eſt locus, vbi fuerit theſaurus abſconditus, ne per vnam cauernam totum patrimonium latro ſuffodiat.

*a 1. Corint. 14.*

*b 1. Theſſal. 4.*

*c Epheſ. 4.*

Artificialia namque ſunt ſemper diaboli venena, quibus ingenium ſuæ calliditatis exercens ſanctimoniæ deditos doloſis cōmoditatibus iuuat, vt perdat. Et inter continentes quaſi neceſſaria emolumenta muneris ad vitæ uaminibus ſubminiſtrās, adijcit prius maſculum, & fœminam pariter, vt poſtquā inſeparabiles fecerit per alterutra ſolatia, poſſit occidere, dantes ſimplices animos ad caſtitatis vota ſeruanda, & impugnationis ſuæ arma ſubducēs, interim quaſi placidus fautor ſuggerit ſanctitatis argumenta, donec diutius inter ambos inimicam nutriat concordiam. Facit affabiles ſibi inuicem, & ſæuire, & aſſentator infeſtus impedimenta remouet vniuerſa, commodis eorum gaudet efficaciam commendare, vt tota eos ſibimetipſis neceſſitate commendans, exhibere eos poſſit in alterutrum ſolita conſolatione. Non vult eos in aliquo impedire, ne ſeparet tam ſpiritualiter, quàm carnaliter. Inconcuſſos efficit viuere, ne ipſa ſocietatis initia immaturo tempore fœdera concordiæ conturbent, Vſque adeo illos videntibus cunctis

*Mirum dæmonis artificium clericos decipiendi per mulieres.*

*Diabolus inter clericos, et mulieres cohabitantes inimicā nutrit concordiam.*

ſectum ſanctitatis inuitat, fouet, ſubleuat, vt Dei eſſe computent beneficia ipſi contraria, quibus inducuntur, vt pereant, neſcientes nunquam Deum iuuare, quod vetat. Quibus intantum diabolus blandiens ſecuritatem præparat ſanctimoniæ, vt coniunctos ſe magis exiſtiment, quam diſiunctos immobiles circa libidinem perdurare. Quos cum omni tranquillitate deducens, nullis procellis, aut fluctibus inquietat, & velut in medio mari minus cautos inducit laxare vela, nec quærere gubernacula, vt ſubita tempeſtate cōcitatos naufragos ex inſperata commotione ſubmergat. Hanc primo exhibet lenitatem, vt duas naues oblectet ad inuicem conuenire, quas cum fecerit iunctas, & repentinis turbinibus in ſemetipſas illidere poſſit, & frangere. His vtitur blandimentis, vt ſubtractis omnibus iaculis, compeſcens aduerſa, ſuggerens proſpera, tamdiu ſopitum ignem ſine vllis flammis occultat, donec duas faculas iungēs, ſimul ambas accendat; & tamdiu ceſſat ſæuitiæ ſuæ tela ſupponere, donec, ſicut peritus venator, quos occiſurus eſt laqueis ſui vinculis alliget. At vbi inſolubili catena deuinctos aſtrinxerit, ſtatim ſuccendit inſaniam, & vulnificos amplexus impingens, vtrumque ſimul vno ictu mortificat. Sic de ſimplici charitate amorem conflat illicitum, ſic per ſanctitatem inducit interitum, dum contentus eſt cedere, ſic valet fortius occupare; & ſubmiſſus patitur ſemetipſum præbere deuictum, ſic plenius deuiciſſe gloriatur.

*Deus nūquam iuuat quod vetat.*

Sed aiunt: Si de hac coniunctione clerici denotantur, notandi ſunt etiam Sancti plerique nobiſcum, ſicut Helias qui māſit apud viduam, ſiue Apoſtoli, qui mulieres ſecum comites circumducebant, vt Ioannes, qui matrē Domini aſſumpſit, eodem Domino delegante; aut ipſe Dominus, cui de ſuis facultatibus alimenta præſtabant diuites mulieres religioſę, cui etiam Martha miniſtrabat ad menſam, & qui ſingulariter locutus eſt ad puteum ſedens cum alienigina muliere Samaritana, vel cui recumbenti fœmina pedes lachrymis lauit, & capillis extersit. Callidi argumentatores, & iuriſperiti fallaces, qui dum cupiunt præuaricari, cōtrouerſas actiones, quę cauſarum etiam ipſa iura tranſuertunt, & cùm nolunt com-

*Obiectio clericorum pro cohabitationem mulierum.*

*Solutio.*

 peten-

petentibus coërceri iuſſionibus legum, ad illudendos
iudices inconuenientibus exemplis velut ſimiles con-
iecturas iuris obiiciunt. Reuera magni homines, qui ſe
comparant Sanctis; & eximia conuerſatio noſtra, quæ
Prophetis vel Apoſtolis videatur æqualis. Ad occaſio-
luxuriæ noſtræ in peruerſum Sanctos volumus imita-
& inter cæteros actus veſtigia iuſtorũ nolumus
In quibuſdam infirmos nos excuſamus, ad imitãd
maiorũ, & in aliis nos æquales maioribus profe
Cognoſcimus taliter in nobis ieiunia, ſitim, famem
ditatem propter inſtantiam doctrinæ ſolius vbiq;
lere, ſicut in Apoſtolis legimus triumphaſſe. Et
bantur apud nos eadem exercitia feruere virtutum
bus Apoſtoli omnia vitia triuerunt. Nunquid
agones frequentamus contra luctamina vitiorum
agimus rigore, auctoritate, vigiliis, paſſionibus
neceſſitate, afflictione, abſtinentia, quibus pecca-
cantur, vt nemo de nobis mali aliquid ſuſpicetur,
quæ Paulus Apoſtolus conſcientiam ſuam inno-
a 2. Corinth. 6. mnibus gloriatur[a]. Sed ad has imitationes infir-
mus, & ad mulieres circumducendas poſſibilitat
bis comparandæ imitationis aſſciſcimus.

Si Chriſtus ſeipſum comparare nõ auſus eſt Deo,
b Ioan 14. ait[b]: Pater maior me eſt: aut ſi Apoſtoli compar-
ipſos nõ auſi ſunt Chriſto, & nos hodie Apoſtolis
les faciet cõſimilis fortitudo? Miſera humanitas
æqualitate non times fulminari, quæ de filio Dei,
de filiis tonitrui non cũctaris peccatis tuis exempla
lut ſimilia mutuare? Cùm ſuperbiæ ſit, elata
etiam minimis eccleſiæ quenquam comparabilem
conſcribi. Minus itaque de noſtris viribus
eſt, nec fortitudini Sanctorum noſtra infirmitas
paranda eſt. Hæc autem non ideo propono,
Apoſtolorum imitatoribus contradicam,
confundam, qui ſe Sanctis exæquãt. Nec nego
ſectãdos, quos doctores accepimus cuncti, ſed
eos contendo, qui cupiẽtes ad mala ſua bonorum
rias deprauare, legem Dei ſibi æſtimant ſuffrag
omnes, qui perire feſtinant, & ſub obtentu Sanct
dedecora ſua volunt eſſe celata, vt ſub imitatione

ionum, contraria quæque committant, hoc addentes ad cumulum perditionis ſuæ, vt bonos infament, quorum exemplo vtuntur ad malum.

Inſaniunt prorſus, & ardent deſiderio fœminarum, quotquot huic interdictioni non cedunt, & obſcœnitatibus inhiantes malunt mori, quàm contenti ſint à lateribus mulierum aliqua diſiunctione diuelli, & hunc habent in mulieribus fructum, vt in illis ſemper defixa intentione, deſideria ſatient oculorum, ne vel momentū aliquod tranſeat, cùm indigeant, quod affectāt. Sic inter eos integritas immoritur, vbi omnis commoratio ſiue conuiuendo, ſiue commanendo corruptis affectionibus inquinatur. Quos S. Petrus Apoſtolus deſignauit, dicens[a]: In conuiuiis ſuis luxuriantes, oculos habētes plenos mœchationibus, & inceſſabilibus delictis capientes animas infirmas. Hos etiam ita Salomon denotat[b]: Abominatio eſt coram Domino defigens oculum.

a *epiſt. 1. cap. 2.*

b *Eccleſ. 14.*

Verumenimuero ille poteſt ſuis oculis obnoxius nō teneri, cui nolenti repentinus occurſus mulieris ſcandalum mouerit, quod protinus mens, quod nolebat, expellit. Ille autem commotionē ſui viſus non meretur euadere, qui apud ſe ſcandali materiam tenet, qui vult affectibus intentionis ſuæ frui, qui affectat habere, quod oculis offenſionem ingerat, quorū auiditas inexplebilis inter offendicula continua, nullo modo poteſt omnino compeſci. Ipſi nos fallimus, quoties inordinaliter credimus, æſtimantes per fidem noſtram legis præcepta mutari, vt inter maſculos, & fœminas ſperemus paſſim caſtitatem immobilem cuſtodiri. Difficilè quis venenū bibet, & viuet. Verendum eſt dormiēti in ripa ne cadat, cùm dicat Apoſtolus[c]: In hac parte expedit plus bene timere, quàm malè fidere, & vtilius eſt, infirmum ſe homo cognoſcat, vt fortis exiſtat; quàm fortis videri velit, & infirmus emergat. De qua re pręſumptores obiurgat Apoſtolus, dicens[d]: Si quis putat ſe eſſe aliquid, cùm nihil ſit, ſeipſum implanat. Pro certo implanator proprius ſuam animam decipit, qui non cauendo contraria, noxiis rebus ſemetipſe cōmiſerit. Ille autem tutius ſibi conſulit, qui circa malos ſemper infidus, ſpecies quaſcumque noxias extimeſcit. Videte ergo prudentiam in

*Quis videns mulierem non peccet, vel peccet.*

c *1. Corint. 10.* *Expedit interdum plus bene timere, quàm male fidere.*

d *Ad Galat. 6.*

 iſto

iſto bello, non fidem nobis datam eſſe victricē, & con
templamini, quę ſunt modò arma ſumenda, ſi vultis
bere legis auxilia. Eſtote timidi, vt ſitis intrepidi. Et
cet timor in certamine infirmitas eſſe videatur, tamē
cundū verbū Apoſtoli [a], virtus in infirmitate perfi

*a 2. Corint. 12. Virtus in infirmitate perficitur.*

Separamini deprecor, ſeparamini à contagione
fera. Quantumcumque fuerit vnuſquiſq; longius
uerſis, tantum nō ſentit aduerſa. Minus voluptati
mulatur, qui non eſt, vbi frequentia eſt voluptati
leus peccati facta eſt forma fœminea; & mortis
non aliunde ſurrexit, niſi de muliebri ſubſtantia.
Salomon ad noſtram ſolicitudinem memorat
A muliere factum eſt initium peccati, & propter
omnes morimur. Et cùm Chriſtus agnus innocens
ipſa cœleſtis innocentia, quod eſt verius, totum
tempſerit pro Eccleſia, vt eā ſine macula vlla,
redderet illibatam; qualis eſt clericus, cui ad hon
Chriſti cōmittitur, vt pro vnius fœminæ amore
totam Eccleſiam patiatur? Auſim dicere, à Deo
miſſus eſt filius de ſinu Patris, & regno abſens eſſe
nit, vt Eccleſiā faceret innocentem, & clericus
latus deſerere non poteſt, ne Chriſti Eccleſiam
infamem? Altaribus placere debent, qui de altaribus
uunt, & talis conuenit cura ſinceritatis ſacratis,
ſunt ſacra ipſa, quibus exhibent officia ſeruitutis
ca donum offendant ipſi quod tractant, aut circa po
lum incipiant impedire, quod prædicant; propter
Paulus Apoſtolus inquit [c]: Nemini dantes vllam
ſionem, vt non vituperetur miniſterium veſtrum

*Aculeus peccati forma mulieris.*

*b Eccleſ. 25.*

*c 2. Corinth. 6.*

Reſpicite quanta mala hæc conuerſatio acquirit
non niſi corruptionem ſeminat; pullulat vitia;
tem concipit; ignominiam parit; rabiem conci
git furiam; laſciuiam paſcit; petulantiā nutrit;
inſtruit; perditione gaudet; interitum fouet;
mercatur; theſaurizat opprobrium; criminationes
gerat; accuſationes inflammat; & cateruatim
faſcem glomerans numeroſas indagines captionum
infinita dedecorum ſimplices mortes inuehit in
ciem perditorum. Tot itaq; & tātas ſtrages calami
& ſtrages peſſimæ cōuerſationis nemo proſterni

*Mala ex cōuerſatione mulierū prouenientia.*

calcat, nemo funeſtat; niſi ſingularis caſtitas ſola. Hanc ignaramate; hanc tenete, quæ ſola poteſt fœminas debellare, cùm adhuc concupiſcētia nulla pectus impulſat, & dū adhuc ſimplicitas incorrupta permanet, vel quieta. Ad ſecretæ ſingularitatis tutelam citò concurrite, ne poſtmodum non valeatis effugere. Præoccupandus eſt aditus cunctis inſidiis, ne hoſtilitas prior obrepens, occurrat improuidis. Salutare remedium eſt pręuenire potius, quàm præueniri; & anticipare potius, quàm anticipari viris fortibus conuenit.

*Virtus & efficacia ſingularis caſtitatis.*

*Præſtat præuenire, quàm præueniri.*

Vbicumque fuerit prouidentia, fruſtrantur vniuerſa contraria. Vbi autē prouidentia negligitur, omnia contraria dominantur. Ante famem certamus, ante inopiā laborando ſatagimus Sic per omnia calamitatibus cunctis tollimus locum, dum gerimus prouidētiam temporum futurorum. Quantò magis ante præuenienda eſt omni pręuiſione calamitas fœminarum, cuius cupido ſi admittitur incipere, nunquam prorſus accipit finem. Vnuſquiſque itaque qui ſecurus eſt, quia necdum tentatur, timeat: quia nihil de illo dicitur, proſpiciat, ne dicatur: Homines ſumus; fragilitatem noſtram carne portamus. Accepimus quidem fortitudinē ſpiritualem, per quam ſubſtantiæ noſtrę fragilitas roboretur, ſed ita nobis ſpiritualis fortitudo collata eſt, vt prouidos, non nos præcipites tueatur; vt illos muniat, qui renuntiant importunitatibus delictorum, non eos, qui ſe magis importunis delictis immergunt.

*Prouidentia.*

Cuſtos nobis datus eſt ſpiritus, ſed, vt contraria declinantibus aſſiſtendo ſubueniat, non vt cōtraria eligentibus faueat, nec vt volūtarios, & pronos in aduerſa conforter, ſed vt ab aduerſis nitentes ſeparari confirmet. Nam quicumque pernicioſis conatibus audet exercere virtutem, iuuamen non habet Spirituſſancti, qui neminem vult vltroneum virum fortem ad fraudulentas victorias coarctari. Nec protegit eum; quinimò ſed deſerit, quē periculis irruentē per illicitos euentus exquirere triumphos agnouerit, ſicut ipſe iam tūc per Salomonē locutus eſt, dicēs [a]: Amans periculū in ipſo peribit. Ordine ſuo igitur, non noſtro arbitrio virtus Spirituſſancti miniſtratur, & ſecundū inſtitutū eius prælia proſperantur.

*Spiritus datus eſt nobis cuſtos.*

*a Eccleſ. 3. Amans periculum in ipſo peribit.*

Væ qui per præſumptionem ſuam aliquid faciunt, … per Deum. Si quis autem viæ profectione cogente apud fratres, vel apud extraneos hoſpitatur, vbi mulieres … terſunt, omnino ſe arctet, ne paſſibilitate aliqua … Vbique guſtanda eſt cum mulieribus, non continua … præſentia, ſed quaſi tranſeunter fœminis adhibenda … acceſſio, quodammodo fugitiua. Sic igitur ambulate … agite, vt ſemper in clericis eccleſiæ ſenatus cādidus … ſtet. Seueritas in vobis circa fœminas vigeat, au… polleat, vigor teneatur, grauitas veneretur. Et, vt … omnia colligamus ad clauſulam, breuiarium relego … vobis, quod Paulus Apoſtolus inſinuat [a]: De cætero … tres, quæcumque ſunt vera, quæcumq; pudica, quæcum… que iuſta, quæcumque ſancta, quæcumq; amabilia, quæ… cumque bonæ famæ, ſi qua virtus, ſi qua laus diſciplinæ, hæc cogitate, quæ didiciſtis, & accepiſtis, & audiſtis & vidiſtis in me. Hæc agite, & Deus pacis, & dilectionis erit vobiſcum.

*Qualis fœminis adhibenda ſit acceſſio.*

*a Ad Philip. 4. cap.*

Huc pertinent & illa, quæ in Synodo Iprenſi … ſunt [b]: Quia non ſolùm à malo, ſed etiam ab omni ſpecie mali miniſtris Dei abſtinendum eſt; inhibemus om… bus presbyteris, ne cum ſuis ancillis, quantumcumque honeſtis, nimiam contrahant familiaritatem, … iis ad conuiuia quantumuis honeſta etiam vocan… dant, aut etiam ad forum negotiorum cauſa, multo … minus ad tabernas, aut choreas. Inhibemus etiam … laicis quàm clericis nobis ſubditis, ne in ſuis domibus, aut alibi concubinas, aut alias mulieres aliqua ratione ſuſpectas foueant, aut teneant, etiam prætextu con… guinitatis, vel affinitatis; &, ſi quas habeant, illas … dimittant, & expellant. Mulieres quoque ſi à nobis … monitæ, ab eorum conſortio ſe non retraxerint, … oppidum, vel diœceſim noſtram eijciendas decla… Imagines quoque, aut picturas laſciuas, aut obſcœnas … ſuis domibus, aut hortis nullo modo presbyteri … aut habeant.

*b cap. 2. & 3. de vit. & hon. miniſt. eccl.*

*Incontinentia clericorum quomodo punienda …*

CAP. VIII.

QVAM turpe, ac clericorum nomine, qui ſe diuino cultui addixerunt, ſit indignum, in impudici… for…

ſordibus, immundoque concubinatu verſari, ſatis res ipſa, communi fidelium omnium offenſione, ſummoq; clericalis militiæ dedecore teſtatur. Vt igitur ad eam, quam decet, continẽtiam, ac vitæ integritatem miniſtri eccleſiæ reuocentur; populusque hinc eos magis diſcat reuereri, quo illos vita honeſtiores cognouerit, prohibet ſancta Synodus Tridentina [a] quibuſcumq; clericis, ne cõcubinas, aut alias mulieres, de quibus poſſit haberi ſuſpicio in domo, vel extra detinere, aut cum iis vllam conſuetudinem habere audeant; alioquin pœnis à ſacris canonibus, vel ſtatutis eccleſiarum impoſitis puniãtur. Quod ſi à Superioribus moniti, ab iis ſe non abſtinuerint, tertia parte fructuum, obuentionum, ac prouentuũ beneficiorum ſuorum quorumcumque, & penſionum ipſo facto ſint priuati, quæ fabricę eccleſiæ, aut alteri pio loco arbitrio Epiſcopi applicetur. Sin verò in delicto eodem cum eadem vel alia fœmina perſeuerantes, ſecundæ monitioni adhuc non paruerint; nõ tantùm fructus omnes, ac prouentus ſuorum beneficiorum, & penſiones eo ipſo amittant, qui prædictis locis applicentur; ſed etiam à beneficiorũ ipſorum adminiſtratione, quoad Ordinarius etiam vti Sedis Apoſtolicę delegatus arbitrabitur, ſuſpendantur: &, ſi ita ſuſpenſi, nihilominus eas non expellant, aut cum iis etiam verſentur, tunc beneficiis, portionibus, ac officiis, & penſionibus quibuſcumque eccleſiaſticis perpetuò priuentur, atque inhabiles, ac indigni quibuſcumque honoribus, dignitatibus, beneficiis, ac officiis in poſterum reddantur, donec poſt manifeſtam vitæ emẽdationem ab eorum Superioribus cum iis ex cauſa viſum fuerit diſpẽſandum. Sed ſi, poſtquam eas ſemel dimiſerint, intermiſſum conſortium repetere, aut alias huiuſmodi ſcandaloſas mulieres ſibi adiungere auſi fuerint, præter prædictas pœnas excommunicationis gladio plectantur [b]. Nec quęuis appellatio aut exemptio prędictam executionem impediat, aut ſuſpendat: ſupradictorumque omnium cognitio non ad Archidiaconos, nec Decanos, aut alios inferiores, ſed ad Epiſcopos ipſos pertineat: qui ſine ſtrepitu, & figura iudicii, & ſola facti veritate inſpecta procedere poſſint. Clerici verò beneficia eccleſiaſtica, aut penſiones non

a *ſeſſ. 25. de refor. cap. 14. c. 1. et aliis ſequẽt. tit. de cohabit. cleric. et mulie. c. interdixit. diſt. 32. c. cum omnibus. c. volumus. c. fœminas, & aliis. diſt. 81. Concil. Nicæn. 1. cap. 3. Carthag. 3. cap. 18. Matiſcon. 1. cap. 1. Arelaten. 2. cap. 3. Toletan. 2. cap. 3. Braccaren. 1. cap. 15. Turonen. 2. cap. 11. et 12. Maguntiac. 1. cap. 49.*

b *c. ſi quiſquã. cum 2. ſequent. & c. ſi autem. de cohabit. cleric. & mulier. c. ſi concubinæ. de ſentent. excom. Cõcil. Aurelianen. 3. cap. 4.*

habentes, iuxta delicti, & contumaciæ perſeuerantiæ
& qualitatem ab ipſo Epiſcopo carceris pœna, ſuſpen-
ſione ab ordine, ac inhabilitate ad beneficia obtinenda
aliiſve modis iuxta ſacros canones puniantur. Epiſcopi
quoque, quod abſit, ſi ab huiuſmodi crimine non abſti-
nuerint, & à Synodo prouinciali admoniti ſe non emen-
dauerint, ipſo facto ſint ſuſpenſi; &, ſi perſeuerent, etiam
ad ſanctiſſimum Romanum Pontificem ab eadem Syn-
odo deferantur; qui pro qualitate culpæ, etiam per pri-
uationem, ſi opus erit, in eos animaduertat.

*Incontinentia clericorum quomodo olim puniri ſolita.*

CAP. IX.

CAETERVM, quia prædicta Synodus Triden-
voluit & ſanxit, vt ſi clerici concubinas, aut alias
mulieres de quibus poſſit haberi ſuſpicio, in do-
mo vel extra detinere, aut cum eis vllam cõſuetudinem
habere audeant, pœnis à ſacris canonibus impoſitis pu-
niantur, operæpretium facturi videmur, ſi illas hic pro-
ponamus, vt illis cognitis, ſi non virtutis amore, ſaltem
formidine pœnæ, libidinem & incontinentiam ſuam
coërceant, & refrænent. Inprimis autem contra forni-
rios in canonibus Apoſtolorum conſtitutum legimus:
Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui in fornica-
tione, aut periurio, aut furto captus eſt, deponatur, non
tamen communione priuetur. Dicit enim Scriptura:
Non vindicabit Dominus bis in idipſum. Similiter &
reliqui clerici huic conditioni ſubiaceant, quia quod di-
gnum, & pudicũ, & honeſtũ eſt, tenere Eccleſiam om-
no debet [c]. Idcirco B. Iuo ab Apoſtolis ſtatutum refert,
vt ſacerdotes, & leuitæ cum mulieribus non cohabitent,
miniſterij quotidiani neceſſitatibus occupantur. Si-
quin diuinarum legum eſt diſciplina, vt incontinentes
officiis talibus poſiti, omni honore eccleſiaſtico pri-
tur, & ad tale miniſterium non recipiantur, quia
continentia oportet impleri. Scriptũ quippe eſt: Sancti
eſtote, quoniam ego ſanctus ſum Dominus Deus
Atque hanc continentiam adeo illibatam, & inuiola-
tam B. Clemẽs D. Petri diſcipulus & in pontificatu
ceſſor ſeruari voluit, vt coniugatis poſt ordinationem

*Antiquæ fornicariorũ pœnæ.*

a *can. 24. vt habet Iouerius, & c. presbyter, aut diaconus. diſt. 81.*

b *Naum. 1.*

c *Syricius papa epiſt. 4. cap. 9. et Innocen. 1. epiſt. 2. cap. 9.*

d *par. 6. decret. cap. 193. et 194.*

e *Leuit. 11. 19.*

cubile vxoris ſuæ inuadere non permiſerit, dicens[a]: Ad dominica myſteria tales eligantur, qui ante ordinationem ſuam coniuges ſuas non nouerint. Quodſi poſt ordinationem miniſtro altaris contigerit proprium inuadere cubile vxoris, ſacrarij non intret limina, nec ſacrificij portitor fiat, nec altare contingat, nec ab offerentibus holocauſti oblationem ſuſcipiat, nec ad Dominici corporis portationem accedat, nec aquam ſacerdotibus porrigat ad manus. Sed oſtia forinſecus claudat, minora gerat officia: vrceum ſiue calicem ad altare non ferat. Clericum verò ſolum ad fœminæ domum accedentem ſine maioris ſacerdotis iuſſione, vel cum ſola fabulas miſcentem deponi voluit[b].

Syricius verò Papa Epiſcopo cuidam ſcribens[c]: Sacratiſſimos, inquit, ordines clericorum in venerandę religionis iniuriam ita per veſtras prouincias calcatos, atque confuſos, charitate tua nobis inſtruente reperimus, vt Hieremiæ nobis voce opus ſit[d]: Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, & flebo populum meum hunc die, ac nocte. Si ergo B. Propheta ad lugenda populi peccata non ſibi ait lachrymas poſſe ſufficere, quanto nos poſſumus dolore percelli, cum eorum, qui in noſtro ſunt corpore compellimur facinora deplorare, quibus præcipuè ſecūdum B. Paulum[e] inſtantia quotidiana, & ſolicitudo omnium eccleſiarum incumbit. Quis enim infirmatur, & ego non infirmor? Quis ſcandalizatur, & ego non vror? Plurimos enim ſacerdotes Chriſti, atque Leuitas poſt longa conſecrationis ſuæ tempora, tam de coniugiis propriis, quàm etiam de turpi coitu ſobolem didicimus procreaſſe, & crimen ſuum hac pręſcriptione defendere, quia in veteri teſtamento ſacerdotibus, ac miniſtris generādi facultas legitur attributa. Dicat mihi nunc, quiſquis ille eſt ſectator libidinum, præceptor vitiorum, ſi exiſtimat, quod in lege Moyſi paſſim ſacris ordinibus à Deo noſtro relaxata ſint fræna luxuriæ; cur eos, quibus committebantur ſancta ſanctorū pręmonet, dicēs[f]: Sancti eſtote, quia ego ſanctus ſum Dominus Deus veſter? Cur etiam procul à ſuis domibus anno vicis ſuæ in tēplo habitare iuſſi ſunt ſacerdotes? Hac videlicet ratione, ne vel cū vxoribus ſuis

poſſint

a *epiſt. 2. & c. miniſtri. diſt. 81. & Iuo 6. par. decret. cap. 87. & 94.*

b *Iuo 6. par. decret cap. 89. c. clericus. diſt. 81. et d. epiſt. 2.*

c *epiſt. 1. cap. 7.*

d *9. cap.*

e *2. Corinth. 11.*

f *Leuit. 20.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

poſſint carnale exercere commercium, vt confes
integritate fulgentes, munus acceptabile Deo offer
quibus expleto deſeruitionis ſuæ tempore, vxoru
vſus ſolius ſucceſſionis cauſa fuerat relaxatus quon
ex alia, niſi ex tribu Leui quiſquam ad Dei miniſter
a *Iuo 6. par. decret. cap. 50. & c plurimos. diſt. 82.* præceptus fuerat admitti[a]. Vnde & Dominus, cum
ſuo illuſtraſſet aduentu, in euangelio proteſtatur
legem venit implere, non ſoluere. Et ideo eccleſi
b *Matth. 5.* ius ſponſus eſt, forma præ filiis hominum ſtudio
ſtitatis voluit ſplendore radiare, vt in die iudici
rurſus aduenerit, ſine macula, & ruga eam poſſi
c *Epheſ. 5.* per Apoſtolum ſuum inſtituit[c], reperire. Quam
ctionum ſacerdotes omnes, atque leuitæ inſolubili
conſtringimur, vt à die ordinationis ſobrietati, ac
citiæ, & corda noſtra mancipemus, & corpora
do per omnia Deo noſtro in his, quæ quotidie
mus, ſacrificiis placeamus. Qui autem in carne
d *Rom. 8.* cente electionis vaſe, Deo placere nō poſſunt[d]. Vos
tem iam non eſtis in carne, ſed in ſpiritu, ſi tamē ſpi
Dei habitat in vobis. Et vbi poterit, niſi in corpo
ſicut legimus, ſanctus Spiritus Dei habitare? Et qu
quāti de quibus loquimur, vt tua ſanctitas retulit
ratione lapſos ſe eſſe deſient, his hac conditione mi
cordiam dicimus non negandam, vt ſine vllo hono
augmento in hoc, quo deiecti ſunt, quamdiu vixerint
officio perſeuerent, ſi tamen poſt hoc continentes ſe
duerint exhibere. Hi verò, qui illiciti priuilegii
tione vtuntur, & ſibi aſſerunt veteri hoc lege conce
nouerint ſe ab omni eccleſiaſtico honore (quo indig
vſi ſunt) Apoſtolicæ Sedis auctoritate deiectos
quam poſſe veneranda tractare myſteria, à qui
ipſi, dum obſcœnis cupiditatibus inhiant, priua
Et quia exempla præſentia cauere nos præmon
tuum, ſi quilibet Epiſcopus, presbyter, aut di
(quod non optamus) fuerit talis inuentus; iam
omnem per nos indulgentiæ aditum intelliga
tum: Quia ferro neceſſe eſt vt abſcindantur v
quæ fomentorum non ſentiunt medicinam. Qui
e *c. quia aliquanti. diſt. 82.* propter peccata iubentur deponi, poſt condignam
nitentiam in ſuo ordine poterunt reparari[e].

Atque hanc Syricij ſententiã approbans Innocentius Papa primus, Archiepiſcopo Tholoſano reſcripſit [a]: Propoſuiſti quid de his obſeruari debeat, quos in diaconij miniſterio, aut in officio presbyterij poſitos incontinentes eſſe, aut fuiſſe generati filij prodiderunt. De his etiam manifeſta eſt diuinarũ legum diſciplina, & beatæ recordationis Syricij Epiſcopi monita euidentia commearunt [*], vt incontinẽtes in officiis poſiti talibus omni honore eccleſiaſtico priuarentur; nec admittantur ad tale miniſteriũ, quod ſola continentia oportet impleri. Eſt enim vetus admodum ſacræ legis auctoritas, iam inde ab initio cuſtodita, quod in templo anno vicis ſuæ habitare præcepti, ſunt ſacerdotes; vt ſeruientes ſacris oblationibus, puros, & ab omni labe purgatos ſibi vendicent diuina miniſteria: neque eos ad ſacra officia fas ſit admitti, qui exercent etiam cum vxore carnale conſortium: Quia ſcriptum eſt [b]: Sancti eſtote, quoniam ego ſanctus ſum Dominus Deus veſter. Quibus vtique propter ſobolis ſucceſſionẽ, vxoris vſus propterea fuerat relaxatus, quia ex aliena tribu ad ſacerdotium nullus fuerat auſus accedere. Quò magis ipſi ſacerdotes, vel leuitæ pudicitiam ex die ordinationis ſuæ ſeruare debent, quibus & ſacerdotium, vel miniſteriũ ſine ſucceſſione eſt; nec præterit dies, qua vel à ſacrificiis diuinis vel baptiſmatis officio vacent. Nam ſic Paulus ad Corinthios ſcribit, dicens [c]: Abſtinete vos ad tempus, vt expeditius vacetis orationi, & hoc vtique laicis præcepit. Multò magis igitur ſacerdotes, quibus & ſacrificandi, & orãdi iuge officium eſt, ſemper debebunt ab huiuſmodi conſortio abſtinere. Quia ſi contaminatus fuerit carnali concupiſcẽtia, quo merito ſe poſſe exaudiri credit, cùm dictum ſit [d]: Omnia munda mundis? Coinquinatis autem & infidelibus nihil eſt mundum: ſed coinquinata eſt eorum mens, & conſcientia. Sed fortaſſe hoc ſibi licere credit, quia ſcriptum eſt; vnius vxoris virum. Non dixit hoc, vt permaneat in concupiſcentia generãdi: ſed propter incontinentiam futuram; quod apertius declarauit dicens: Qui autem ſunt in carne, Deo placere nõ poſſunt. Vos autem iam nõ eſtis in carne, ſed in ſpiritu. Sed ea planè diſpar, & diuerſa ſententia eſt. Nam ſi ad aliquos

a *c. propoſuiſti. diſt. 81.*

* *al. emanarũt*

b *Leuit. 20.*

c *1. Corinth 7.*

*Cur ſacerdotes nunc magis, quàm in veterĩ lege à connubio abſtinere debẽt.*

d *Tit. 1.*

*Quomodo à Paulo ſcriptũ ſit Tito 1. cap. & 1. Timoth. 3. oportet Epiſcopũ vnius vxoris eſſe virum.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

aliquos forma eccleſiaſticæ vitæ pariter, & diſcipli-
quæ ab Epiſcopo Syricio ad omnes prouincias com-
meauit, non probatur perueniſſe: his ignorantibus ve-
non negabitur; ita vt de cætero penitus incipiant ab-
nere, & ita gradus, in quibus fuerint inuenti reten-
vt eis non liceat ad potiora conſcendere, quibus in-
neficio eſſe debet, quod tunc ipſum locum, quem te-
nent non amittunt. Si qui autem ſciſſe formam viuen-
miſſam à Syricio detegũtur, neque ſtatim cupidita-
libidinis abiecisſe; illi ſunt modis omnibus ſubmo-
qui poſt admonitionem cognitam, præponẽdam
trati ſunt voluptatẽ. Atq; hanc ſuam ſententiam
quoque idem Innocentius aliis quibuſdam Epiſco-

*a epiſt. 5. & c. Maximianus. diſt. 81.*

Alexander verò Papa ſecũdus clero Mediolanẽſi
pſit [b]: Eos, qui vt fornicari eis liceat, diuinũ officium
relinquunt, & à Deo recedentes, diabolo, & mẽbris
eius ſeruiunt, ſicut ſe iuſtiſſimè ab officio alieno
ita beneficio eccleſiarum priuatos eſſe iudicamus.

*b c. eos etiam. diſt. 81.*

Innocentius verò tertius Papa ſtatuit in concilio ge-
nerali Lateranenſi [c], vt qui comprehenſi fuerint inconti-
nentiæ vitio laborare, prout magis aut minus pecca-
rint, puniantur ſecundum canonicas ſanctiones. Si
verò hac de cauſa ſuſpẽſus præſumpſerit celebrare
na, non ſolùm eccleſiaſticis beneficiis ſpolietur, verum
etiã pro duplici culpa perpetuò deponatur. Prælati vero,
qui tales præſumpſerint in ſuis iniquitatibus ſuſtinere,
maximè obtentu pecuniæ, vel alterius commodi tem-
poralis, pari ſubiaceãt vltioni. In cõcilio verò Gange-
referente Gratiano ſtatutum legitur [d]: vt presbyter
fornicationem fecerit, quanquam ſecundum canones
Apoſtolorum debeat deponi, tamen iuxta auctoritatem
B. Syluestri, ſi in vitio non perdurauerit, ſi ſua
confeſſus, adiecit vt reſurgat, decem annis in hunc mo-
dum pœniteat: tribus quidem mẽſibus à cæteris
tus, pane, & aqua à veſpera in veſperam vtatur;
autẽ diebus dominicis, & præcipuis feſtis modico vino,
& piſciculis, atque leguminibus recreetur, ſine carne,
ſanguine. Ouis, & caſeo vtatur, ſacco indutus hum
hæreat, die, ac nocte miſericordiam Dei omnipoten-
imploret. Finitis tribus menſibus continuis excat
in p

*c c. vt clericorum. de vit. & honeſt. cler.*

*Pœna celebrãtis ob incontinentiã ſuſpenſi.*

*d in c. presbyter. diſt. 82.*

*Pœnitentia fornicarij.*

in publicum non procedat: ne grex fidelis in Deo ſcandalum patiatur. Nec enim debet ſacerdos publicè pœnitere, ſicut laicus. Poſtea aliquantiſper viribus reſumptis, vnum annum & dimidium in pane & aqua expleat, exceptis dominicis diebus, & præcipuis feſtiuitatibus, in quibus vino, & ſanguine, ouis, & caſeo iuxta canonicā menſuram vti poterit. Finito primo anno, & dimidio, corporis, & ſanguinis Domini (ne indureſcat) particeps fiat: & ad pacē veniat: pſalmos cum fratribus in choro vltimus canat, ad cornu altaris non accedat, iuxta beati Clementis vocem [a], minora gerat officia. Deinde verò vſque ad expletionem ſeptimi anni omni quidē tempore (exceptis Paſchalibus diebus) tres legitimas ferias in vnaquaq; hebdomada in pane & aqua ieiunet. Expleto ſeptimo anni circulo, ſi fratres, apud quos pœnituerit, eius congruam pœnitentiam laudauerint, Epiſcopus in priſtinum honorem iuxta beati Calixti Papæ auctoritatem [b] eum reuocare poterit. Sanè ſciendum, quod ſecundam feriam vnum Pſalterium canendo, aut vnum denarium pauperibus dando (ſi opus eſt) redimere poterit. Finitis autem ſeptem annis, deinde vſque ad finem decimi anni ſextam feriam (nulla interueniēte redemptione) obſeruet in pane, & aqua. Eadem quoque pœnitētia erit ſacerdoti imponenda de omnibus aliis peccatis, & criminibus, quæ in depoſitionem eum inducunt. Neque hoc cuilibet oneroſum videatur, ſi ſacerdos poſt lapſum dignè (vt ſupra dictum eſt) pœnitēs ad priſtinos redeat honores.

*a in epiſt. 2. ad Iacob. fratrem Domini.*

*b c. ponderet, diſt. 50.*

*Ob peccata depoſitionem merentia, quæ ſacerdotis ſit pœnitentia.*

Rurſum Innocentius tertius renouans conſtitutionē Vrbani Papæ ſecundi ſanxit [c], eos, qui in ſacris ordinibus, presbyteratu, diaconatu, & ſubdiaconatu ſunt poſiti, ſi caſtè non vixerint, excludēdos ab omni eorundem graduū dignitate. Gregorius verò omnibus clericis per regnū Italicum, & Teutonicum conſtitutis ſcribēs [d]: Si qui ſunt, inquit, presbyteri, diaconi, vel ſubdiaconi, qui in crimine fornicationis iaceāt, interdicimus eis ex parte Dei Patris omnipotentis, & ſancti Petri auctoritate, eccleſiæ introitū vſq; dum pœniteāt, & emendent. Si qui verò in peccato ſuo perſeuerare maluerint, nullus veſtrū eorū præſumat audire officiū; quia benedictio eorū

*c in c. à multis, de ætat. et qual. et ordin. præfic.*

*d c. ſi qui ſunt, diſt. 81.*

vertetur

vertetur in maledictionem, & oratio in peccat[illegible] te Domino per Prophetam [a]: Maledicam, inquit, ben[illegible] dictionibus veſtris. Qui verò huic ſaluberrimo pr[illegible] pto obedire noluerint; idololatriæ peccatum incu[illegible] Samuele teſtante [b], & beato Gregorio inſtruente[illegible] catum ariolandi eſt, non obedire; & ſcelus idolol[illegible] non acquieſcere. Peccatum igitur paganitatis [illegible] quiſquis, dum Chriſtianum ſe eſſe aſſerit, Sedi [illegible] licæ obedire contemnit.

Cùm igitur ex præmiſſis conſtet varias for[illegible] impoſitas eſſe pœnas, arbitrio iudicis relinqu[illegible] cundum facti, & perſonæ circunſtantias, & [illegible] ſuetudinem imponat vnam ex illis pœnam, vel gr[illegible] rem, vel mitiorem. Impoſita autem vna pœna, non p[illegible] terit ad aliam tranſire, niſi contumacia creſcen[illegible] conſter plures pœnas ſimul pro eodem delicto [illegible] ctas [c]. Meminerint tamen iudices, ſe non poſſe [illegible] pœnas à canonibus expreſſas, alioquin infames [illegible]

*Quid cogitandum & meditandum illis, quos ſupr[illegible] pœnæ ab incontinentia non terrent, neque coerc[illegible]*

CAP. X.

QVODSI quis adeo libidinis, & luxuriæ [illegible] ptate ineſcatus, & excæcatus ſit, vt prædi[illegible] porariæ pœnæ eum à fornicatione coerc[illegible] prohibere nequeant, illum velim cogitare à D. Pa[illegible] pronuntiatam ſententiam [e]: Fornicarios regnum [illegible] non poſſeſſuros; ſed partem eorum, vt D. Ioannes [illegible] prædixit [f] in ſtagno ardenti igne, & ſulphure [illegible] D. verò Hieronymus dicit [g], acerbiora gehennæ [illegible] ſacerdotibus, & clericis fornicantibus reſeruari [illegible] extremis poſitus in præſentia Dominici corpo[illegible] ſtum his verbis alloquebatur: Væ ſumentibus [illegible] gnè, certè ad ſui reatum, & pœnam te denuò [illegible] Heu quid dicam, ô Domine, quoniam ſacer[illegible] hodie comedunt in altari, quemadmodum v[illegible] & pecudum carnes in menſa; quoniam noctu [illegible] mulierum actu turpiſſimo, & manè te comedun[illegible] brando. Væ vobis ſacerdotibus, qui eodem ore [illegible] mini filiam Veneris, quo paulò ante ſumpſiſti[illegible]

Vigila[illegible]

a *Mala.* 2.

b 1. *Reg.* 15. *Inobediens ſedi apoſtolicæ paganitatis peccatũ incurrit.*

c *Hoſtien. in c.* 2. *et in ſumma. de cohab. cler. et mul. Panor. in c. ſicut. eod. tit. & in c. at ſi clerici de iudic. Decius & Felin. in d. c. at ſi clerici. gloſ. in prag. ſanct. tit. de concub. §. eadem diligẽtia.*

d *c. de cauſis, et ib. Hoſt. Felin. & alij DD. de offic. delega. l. quid ergo. et ibi Bart. ff. de his qui not. infam.*

e 1. *ad Corint.* 6. *cap. & ad Galat.* 5.

f *Apocal.* 20.

g *vt habet Dionyſ. Richel. de vita eccleſ. art.* 14. *et Iudo. Clichth. tract. de vita & morib. ſacerd. cap.* 20.

*Væ, væ, væ huiuſmodi ſacerdotibus.*

Virginis Mariæ. O impij, Iudæ oſculo filium hominis traditis? Vbi ò Domine latitas? Dormíſne, an vigilas? Eſtne tibi horum obſequiũ acceptum? Eſt hæc oblatio, quam eligis? Ecce mundus ſacerdotibus plenus, & tamẽ vix vnus de centum eſt bonus. Nulla in mũdo tam crudelis eſt beſtia, quàm malus, & laſciuus ſacerdos. Huic in perſona Chriſti loquitur Auguſtinus [a]: Noli, ô ſacerdos, me amplius peccando affligere: plus namq; me lædit, hoc eſt amplius diſplicet mihi vulnus tui peccati, quàm vulnus lateris mei: magis delinquis, qui me in cœlis regnantem fornicando offendis, corpusq; meum, & ſanguinem irreuerẽter tractas, & plebem meam, pro cuius ſalute crucifigi dignatus ſum, ſcandalizas, quàm qui me in terris ambulantẽ crucifixerunt. Vnde D. Bernardus [b]: Nullũ, inquit, adhuc de fornicatione fecimus verbum, quamuis & hæc in multis etiam multipliciter regnet, qui puritatis auctori impuro corde, & corpore miniſtrantes, non verentur ſtare angelum Domini, qui ſecet medios, & diſperdat, ſed omnino audent agni immaculati ſacras contingere carnes, & intingere in ſanguine Saluatoris manus nefarias, quibus paulo antè carnes, proh dolor, meretriceas attrectauerunt: ſic altaria circuire, ſic frequentare pſalmos, cùm & eiuſmodi laus execrabilis, & oratio ſit in peccatum.

a vt Dionyſ. habet d. loco. *Qui ſacerdotes Chriſtum rurſum crucifigere cenſeantur.*

b in ſerm. ſuper illo: Ecce nos reliq. & Dionyſ. Richel. in 4. cap. Oſeæ.

Audi inſuper, ô ſacerdos, exhortantem te ſanctum Bernardum his verbis [c]: O ſacerdos, os tuum quotidie receptaculum, & quaſi ſepulchrum Chriſti efficitur, cur nunquam mentitur, cur lubrica loquitur, cur anima tua vitioſa efficitur, cur oculi tui aſpiciunt vanitatem, qui quotidie in altari ante ſe habent Chriſtum altiſſimam veritatem? Cur manus tuas extendis ad illicita, & immunda, quæ tractant præſtantiſſima, & illibatiſſima ſacramenta? Cur te vino, aut ebrietate ingurgitas, qui Saluatoris ſanguinem potas, & ſpirituali refectione plenus conſiſtere debes? Nónne ſceleratiſſimum atque turpiſſimum eſt manus Deo dedicatas, & ſacro chriſmate conſecratas mulierum impudicarũ corporibus, ac pudendis ingerere, & eiſdem ſacroſanctum Domini corpus tangere? O quàm nefarium, quàm tremendum eſt, ac temerarium, pollutis manibus tractare filiũ Virginis matris,

c vt habet Dionyſ. Richel. d. art. 14. *Hæc, quæſo, ſacerdos ſemper animo reuoluat.*

*Bernard. in declama. de bonis deſerendis.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

vnigenitum Dei Patris, & ſordido ore ſumere illi, qui omnem tranſcendit ac ſuperat intellectũ. Quis non e-beſcat, & expaueſcat, vbi præſtantiſſimum ſeculi pre-proijcitur in ſterquilinium? Lubricus namque ſacerdos omni luto eſt turpior, & omni cloaca impurior.

a c. l. 33. q. 4.

Rurſum D. Hieronymus [a]: Sciatis, inquit, fratres cha-riſſimi, quoniam quicumque vxori debitum reddit, va-care nõ poteſt orationi, nec de carnibus agni comede-re debet. Item ſi panes propoſitionis ab his, qui vxores ſuas tetigerant, comedi non poterant, quãto magis panis, qui de cœlo deſcendit, non poteſt ab his, qui con-iugalibus paulò antè hæſere complexibus, violari, & contingi: Non quòd nuptias cõdemnemus, ſed quòd eo tempore, quo carnes agni manducaturi ſumus, vacare à carnalibus operibus debeamus. Cuius rei cauſam D.

b ſuper 4. ſen-tent. vt refert Dionyſ. d. art. 14.

Cur coniugati poſt copulã pro-hibeantur po-ſtridie commu-nicare.

Thomas aſsignat, dicens [b]: quia quamuis actus co-pulæ coniugalis abſque culpa fieri queat, tamen vo-luptatem ei annexam deprimit, & à deuotione impedit mentem. Itaq; ſi coniugatis, & ſe abſq; peccato cogno-ſcentibus cõmunicare non licet die proximè ſucceden-te nocti, qua cognouerunt ſe inuicem, quam indigne ſa-cerdotes in die celebrant, qui nocte præcedente forni-catione corpus, & animam contaminarunt? In ea-

c c. in eo. 32. q. 4.

vt idẽ D. Hieronymus inquit [c], fornicator maior cri-minis eſt, quia tollit membra Chriſti, & facit ea membra meretricis. Erunt quippe duo in carne vna. Qui non eſt fidelis, nec credit in Chriſto, membra ſua facit membra

Fidelis forni-cãs Chriſti mẽ-bra facit mere-tricis membra.

meretricis. Qui credit, & fornicatur, Chriſti membra facit membra meretricis. Econtrario infidelis in fornicatio-ne ſua vtrum violet, an ædificet templum idolo, neſcio. vitia quippe luxuriæ maximè dæmones colunt. Vnum vnum ſcio, quod qui poſt fidẽ Chriſti fornicatur, violat templum Dei. Secundum opus carnis immunditia nun-cupatur, & eã comes luxuria ſequitur. Quoniam autem in veteri lege de nefandis criminibus, quæ in occulto fiunt, & ea, quæ nominare etiam turpiſſimum eſt, & dicentis os, & aures audientium polluerẽtur, generaliter ſcriptura complexa eſt, dicẽs: Verecundos, vel timen-tes facite filios Iſraël ab omni immunditia: & eo loco ceteras extraordinarias voluptates, ipſam quo-

opera nuptiarum, ſi non verecūdè, & honeſtè, quaſi ſub oculis Dei fiant, & vt tantùm liberis ſeruiatur, immunditiam, & luxuriam nominauit. Certè nullus intellectus cōcipere, nulla lingua poteſt exprimere, quàm enormiter peccent hi, qui tam turpiſsimis vitiis inquinati, cœleſtia atque puriſsima Chriſti myſteria audent conficere, ſumere, & tractare, ac ſacratiſsima miſſæ, & canonis verba polluto ore proferre. De talibus igitur loquitur Chriſtus iudex ſupremus per Oſee prophetam [a]: Iuxta *a cap.13.*
deſiderium meum corripiam eos. Ecce occurram eis quaſi vrſa, & quaſi leæna raptis catulis diſrumpam interiora eorum, & conſumā eos, vt leo. Tunc iuxta Pſalmiſtam [b] loquetur ad eos in ira ſua, & in furore ſuo *b Pſal. 2. 20.*
conturbabit eos, ponetq; eos, vt clibanum ignis in tempore vultus ſui. In ignem deiiciet eos, & in miſeriis non ſubſiſtent, ſicut per Ezechielem effatur [c]: Ecce complo- *c 22. cap.*
ſi manus meas ſuper malitias veſtras. Nunquid ſuſtinebit cor veſtrum, aut præualebunt manus veſtræ in diebus vindictæ? Et conflabo vos, & ſuccendam vos in igne furoris, & conflabimini in medio eius, ſicut conflatur argentum in medio fornacis, & requieſcam. Quibus etiam ait per Malachiam [d]: Et nunc verbum iſtud *d cap. 2.*
ad vos, o ſacerdotes, qui polluitis nomen meum. Ecce ego proiiciam ſuper vos ſtercus ſolennitatum veſtrarū, & aſſumet vos ſecum; hoc eſt, fœda, & carnalia opera veſtra, quæ & in feſtis committitis, improperabo, imputaboq; vobis, & cum ſceleribus veſtris in ima acherōtis mittam, vt ſuper calidiſſimo igne illo ſulphureo tantò acrius in æternum vramini, quantò hic intentiore affectu, maioriq; voluptate carnalibus inhæſiſtis, quemadmodū in Apocalypſi locutus ſum [e]: Quantum glorificauit ſe, *e cap. 18.*
& in deliciis fuit, tantum date illi tormētum, & luctum.

Diaconi autem & ſubdiaconi à prędictis pœnis & miniſtris, ſi fornicati fuerint, immunes non erūt: nam propter officii ſui dignitatem, & excellentiam caſti & continentes eſſe debent. Quia ſine diaconis, vt B. Iſidorus [f] inquit, ſacerdos nomē non habet, officiū non habet. Nam ſicut in ſacerdote conſecratio, ita in miniſtro ſacramēti diſpenſatio eſt. Ille oblata ſanctificat: hic ſanctificata diſpenſat. Ipſis etiam ſacerdotibus propter præſumptionē

*Diaconi & ſubdiaconi fornicātes à diuinatione immunes nō erūt.*
*f lib. 2. de eccl. offic. cap. 8.*

non licet de menſa Domini tollere calicem, niſi eis tra-
ditus fuerit à diaconibus. Leuitæ inferunt oblationes in
altaria, Leuitæ componunt menſam Domini. Quipro-
pterea altario albis induti aſſiſtunt, vt cœleſtem vitam
habeant, candidique ad hoſtias, & immaculati accedãt,

*Diaconi eminentia caſtitatis ſplẽdere debent.*

mũdi ſcilicet corpore, & incorrupti pudore. Tales enim
decet Dominum habere miniſtros, qui nullo carnis cor-
rumpantur contagio, ſed potius eminentia caſtitatis
ſplendeant. Quales enim diaconi ordinentur Paulus A-
poſtolus pleniſſimè ſcribit ad Timotheum [a]. Nam cum

*a 1. ad Timot. 3. cap.*

præmiſiſſet de ſacerdotũ electione, continuò ſubiunxit:

*Quales diaconi ordinari debeant.*

Diaconi ſimiliter irreprehenſibiles, hoc eſt, ſine macula,
ſicut Epiſcopi, pudici vtiq;, id eſt, à libidine continentes,
non bilingues, ne ſcilicet conturbent habentes pacem,
non multo vino deditos, quia vbi ebrietas, ibi libido
dominatur, & furor. Non turpe lucrum ſectantes, ne in
cœleſti myſterio lucra terrena ſectẽtur, vel plus de præ-
ſentibus, quàm de futuris cogitent. Hi autem probentur
primùm, & ſic miniſtrent, nullum crimen habentes. Et
vtique, ſicut Epiſcopi ante ordinationẽ, probari debent
ſi digni ſint, & ſic poſtea miniſtrare.

*b d. loco cap. 19. et Iuo 6. par. decret. cap. 9.*

*Subdiaconi ab omni carnali immũd tia debent eſſe liberi.*

*c Iſa. 52. cap.*

Subdiaconi vero, vt idem Iſidorus inquit [b], vaſa quo-
que corporis, & ſanguinis Chriſti diaconibus ad altaria
Dei offerunt. De quibus quidem placuit patribus, vt qui
ſacra myſteria contrectant, caſti, & continentes ſint ab
vxoribus, & ab omni carnali immunditia liberi, iuxta
quod illis Propheta dicente iubetur [c]: Mundamini, qui
fertis vaſa Domini.

Præterea contrectatio, & vſurpatio rei alienæ inuito
Domino eius eſt furtum, ſi contingat occultè: Rapina
verò quando fit palam: Abuſus quoque rei ſacræ, ſacri-
legium nuncupatur. Similiter furtum & rapina rerum
Deo conſecratarum, ſacrilegia ritè cẽſentur. Sacerdotes

*Fornicatio clericorum ſacro aliquo ordine initiatorũ ſacrilegium eſt.*

ergo, & alij in ſacris cõſtituti fornicantes ſacrilegium,
& furtum committunt ſacrilegum, ſacrilegamque ra-
pinam, ſubtrahendo ſeipſos cultui creatoris, & [illegible]
puritatis; atque ſpurciſſimis vitiis, ac rebus carnalibus
fœdis, ac fœtidis ſe tradendo, & viliter ſeruiendo. Quod
ſi ſublatio, & violatio calicis enorme eſt furtum, ſacrile-
giumq́ue horrendum, quanto magis ſubtractio, & [illegible]

hiio rationalis creaturæ Deo conſecratæ, oblatæ, ac mancipatæ[a]? Sacrilegium autem hoc, delictũ profectò eſt maximum, grauiusq; adulterio, imò etiam crimine læſæ maieſtatis, & publicum, & infamans, & exceptum, atque reſeruatum; propter quod clericus iure communi priuatur officio, & beneficio, & detruditur in monaſterium[b], vel deponitur[c]. De iure verò ciuili pro qualitate perſonæ, rei conditione, & temporis, pœna pro hoc crimine imponitur, ita vt multi ad beſtias damnẽtur; nonnulli viui exurantur; alij in furcã ſuſpendantur[d] Deinde grauiter ſcriptura ſacra inſectatur duos filios Heli ſacerdotes, Ophni, & Phinees; quòd, inter cætera mala ſua opera, dormirent cum mulieribus, quæ obſeruabant ad oſtium tabernaculi[e]. Neque plagam illis à Domino illatam ſubticet, cùm refert eos ambos in prælio contra Philiſthæos interemptos eſſe[f]. Timeant itaq; ſacerdotes, & alij clerici eodem laborantes peccato, ne perpetua morte à Domino damnentur.

David licet neceſſitate adactus non potuit comedere panes propoſitionis, niſi ab Achimelech ſacerdote interrogatus aſſeruiſſet, & ſe, & ſocios ſuos à mulierum contactu eſſe mundos, & tres dies antè, ſe ab earum cõgreſſu prorſus continuiſſe[g]. Lege quoq; Moſaica ſtatutum erat[h], vt ſacerdotes, qui accederent ad Dominũ, ſanctificarentur, ne percuteret eos; &, vt homo, qui haberet maculam, non offerret panem Deo[i]. Item quod anima polluta, quæ ederet de hoſtiis pacificorũ, periret de populo[k]. Quanta ergo noſtrorum ſacerdotum, & aliorum eccleſiaſticorum eſt impietas, qui corpus, & ſanguinem Saluatoris, & vnici filij Dei conficiunt, contrectant, ſumunt, & porrigunt aliis, tamen in ſordibus ſuis manent turpiter; luxurioſè, impiè & magno cum ſcandalo viuentes. Huiuſmodi autẽ publici, & notorij fornicatores, in quocumque etiam ordine conſtituti, licet in minori, ab omnibus actibus ſuorum ordinum ipſo iure ſunt ſuſpenſi[l], & ſi interea vel vnicum actũ ſui ordinis cuiuſcumq; exequantur, beneficiis ſuis priuandi ſunt, ac perpetuo deponendi, vt ſuprà à nobis demonſtratum eſt cap. 6. & 9. ſiuntq; irregulares, cum quibus ſolus Papa diſpenſare poteſt. Imò illius gratia, & diſpenſatione in-

a *Dionyſ. Richel. de vita eccleſ. art. 13. & Clich. b de vita & morib. ſacerd. cap. 21. Syluest. in verb. luxuria.*
b *Lancilot. in prato. & curi. breui.*
c *Hoſtien. in ſumma tit. de accuſat §. quis ſit effectus. verſ. & gratia expli. & tit. de crim. ſacril.*
d *Hoſtien. & Lancil. locis alleg.*
e 1. *Reg.* 2. *cap.*
f 1. Reg. 4. *cap.*
g 1. *Reg.* 21.
h *Exod.* 19.
i *Leuit.* 21. *cap.*
k *Leuit.* 22.
l *c. decernimus. diſt. 28. c. præter. diſt. 32. c. ſi qui ſunt. diſt. 81.*

digni censentur, si post suspensionem fornicationem admiserint [a], & toties, quoties ante huiusmodi dispensationem impetratam, actū sui ordinis exequuntur, toties mortaliter quoque peccant. Nec mirum, cùm etiam occultus fornicarius, & alius in quocumque mortali peccato constitutus, per quod à Deo separatus est, nō possit exequi officium suum absque grauissimo peccato [b]. Et sicut à suspensione, si post illam nullum actum ordinis executus sit, per Episcopum absolui debet: ita sunt, qui asserant, & sustineant [c], ad solum Episcopum ecclesiastica ordinatione ipsius peccati fornicationis absolutionem pertinere, & non ad quemuis simplicem sacerdotem, sicut & adulterij ea inferioris. Caueant igitur clerici in incontinentiæ vitium, & peccatum prolapsi, ne à simplici sacerdote petant se absolui de hoc nefando crimine. Similiter quoque cauendum est confessariis, ne ab istiusmodi peccato quenquam absoluant, nisi specialem auctoritatem, & potestatem habeant absoluendi à peccatis Episcopo reseruatis. Nam cùm ista ecclesiasticorum præsertim in sacro ordine constitutorum fornicatio grauior sit crimine adulterij, cuius absolutio ad Episcopum pertinere non dubitatur; etiam & fornicationis prædictæ ad eundem Episcopum pertinebit absolutio, iuxta D. Iudoci Clichthouei Theologi Parisiensis opinionem, & sententiam; qua in opusculo de vita & moribus sacerdotum [d] vehementer & eleganter exaggerat dictæ fornicationis, seu incontinentiæ sacerdotum grauitatem, & magnitudinem. Sed nunc propter concilii Mechliniensis decretum [e], possunt pastores, & alij confessarij in eiusdem prouincia ad confessiones audiendum secundum conciliū Tridentinum admissi, absoluere incontinētem sacerdotem, nisi virginem stuprarit, aut incestum cum consanguinea, aut sanctimoniali, vel adulteriū notorium commiserit. Nam hęc per dictū conciliū Mechliniense reseruātur Episcopis absoluenda.

An autem clericorū in fornicationem prolapsorum officium sit audiēdum, priusquam pœnituerint, respondit Gregorius nonus Papa [f]; quod etsi quemlibet pro mortali peccato, quoad seipsum, constet esse suspensum, non debet tamen in officiis euitari, quia quantū ad

a *c.1. de sent. excom. in 6. c.1. de re iudic. in 6. Panor. in c. veſtra. de cohabit. cler. et mul. Innoc. et Hoſti. in c. ſi celebrat. de cler. excom. miniſtran. Sylueſt. in ſumma in verb. concubinarius.*

b *c. de homine. de celeb. miſſ. c. quotidie. de cōſecrat. diſt. 2. Panor. in d. c. veſtra. Dion. Richel. de vita eccleſ. art. 16.*

c *Clichtho. de vit. & morib. ſacerd. cap. 21.*

d *cap. 11.*

e *tit. de ſacram. cap. 6.*

f *c. fin. de cohab. cle. et mul.*

etiam in quæſtione propoſita ſuſpenſus non eſt; niſi peccatum huiuſmodi ſit notorium per ſententiam ſeu confeſſionem factam in iure, aut per euidentiam rei, quæ tergiuerſatione aliqua celari non poſſit.

*Concubinariorum pœnæ antiquæ, & nouæ.*

## CAP. XI.

Concubinariorum pœnæ veteres à ſacris canonibus decretæ, & à ſancta Synodo Tridẽtina [a] nunc renouatæ, variæ, & diuerſæ fuerunt. Primò enim Alexander ſecundus [b] Papa præcipiendo mandauit [c], vt nullus miſſam audeat presbyteri, quem ſcit concubinã habere indubitanter, vel ſubintroductã mulierem. Vndecim ſancta Synodus hoc ſub excõmunicatione ſtatuit, dicens: Quicumque ſacerdotum, diaconorum, ſubdiaconorum poſt conſtitutum beatæ memoriæ prædeceſſoris noſtri S. Leonis Papæ, & Nicolai de caſtitate clericorum, concubinam palam duxerit, vel ductam nõ reliquerit, ex parte omnipotentis Dei & auctoritate Principum Apoſtolorum Petri & Pauli præcipimus, & omnino interdicimus, vt miſſas non cantet, nec etiam euangelium legat, neque epiſtolam ad miſſam, neque in presbyterio cum his ad diuina officia, qui præfatæ conſtitutioni obedientes fuerint, maneat, neque partem ab eccleſia ſuſcipiat. Innocentius verò ſecũdus Papa decreuit, & ſtatuit [d]; vt hi, qui in ordine ſubdiaconatus, & ſuprà vxores duxerint, aut cõcubinas habuerint, officio, atq; eccleſiaſtico beneficio careãt. Cũ enim ipſi templũ, & vaſa Domini, & ſacrariũ Spiritusſancti debeãt eſſe, & dici, indignũ eſt eos cubilibus, & immũditiis deſeruire. Alexãder verò tertius Papa Cantuarięſi Archiepiſcopo, & eius ſuffraganeis ſcribẽs [e]: Fraternitati, inquit, veſtræ mãdamus, quatenus clericos veſtræ iuriſdictionis, qui in ſubdiaconatu, & ſuprà fornicarias habuerint, ſtudioſe monere curetis, vt à ſe illas remoueant, eas vlterius minimè admiſſuri. Si verò acquieſcere contempſerint, eos ab eccleſiaſticis beneficiis, vſq; ad ſatisfactionẽ congruã ſuſpẽdatis. Et, ſi eas ſuſpẽſi præſumpſerint detinere, ipſos ab eiſdẽ beneficiis perpetuò remouere curetis. Quò pertinet & alterũ eiuſdem Pontificis reſcriptum ad Epiſcopũ Lugdunenſem [f]: Si, inquit, clerici tuę

a ſeſſ. 25. de reform. cap. 14. cuius decretũ ſuprà ponitur hoc lib. cap. 8.

b vel vt annotauit Quint. Heduus, Nicolaus 2. in concilio Mãtuano celebrato anno Dn. 1065.

c in c. præter hoc. diſt. 32.

d c. decernimus. diſt. 28.

e in c. ſicut. de cohab. cler. & mulier.

f in c. ſi autẽ. de cohabit. cler. & mulier.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

iuriſdictionis (ſiue in ſacris ordinibus, ſiue in infer
bus conſtituti) fornicarias detinent, niſi eas ad ſecu
vel tertiam commonitionem à ſe dimiſerint, eaſde
cætero contempturi, liceat tibi eos eccleſiis, vel
portionibus appellatione poſtpoſita ſpoliare,
ipſis nihilominus interdicto. Cæterùm ſi clerici
concubinas habentes, diffiteantur ſe concubinarios
nec appareat contra eos legitimus accuſator: re
Innocentius tertius Papa [a]; ſi crimē eorum ita p
eſt, vt meritò debeat appellari notorium, in eo ca
teſtis, nec accuſator eſt neceſſarius; cùm huiuſmo
men nulla poſſit tergiuerſatione celari. Si verò p
eſt, non ex euidentia, ſed ex fama; in eo caſu ad co
nationem eorum ſola teſtimonia non ſufficiunt,
non ſit teſtimoniis [b], ſed teſtibus iudicandum. N
minus ſi de clericis ipſis talis habeatur ſuſpicio,
ſcandalum generetur in populo, licet contra ip
apparuerit accuſator, iis tamē eſt canonica purga
dicenda: quam ſi præſtare noluerint, vel deſec
præſtanda, canonica animaduerſione ſunt punien
runtamen quamdiu ab eccleſia in tali ſtatu tolera
nec habent operis euidentiam, licitè ab illis diuin
ſteria audiuntur, & alia ſacramēta eccleſiaſtica re
tur. Sed ſi crimen notorium non diffitentur, vel
canonicè condemnati ſunt, aut habeant operis eu
tiam, tunc à talium officiis eſt abſtinendum,
tanquam in fornicatione iacentium miniſteria ſ
ſpuenda, vt peccādi licentia cæteris auferatur, & huiu
modi ad pœnitentiæ fructum trahantur [c]. Sed ad
randas ſuas concubinas compelli non debent, ne
dem fornicationem inſtinctu diabolicæ fraudis
tes, periurij reatum incurrant. Verùm per ſuſpen
& interdicti ſententiam debēt arctius cogi, vt
ipſas à ſe ita remoueant, quod de illis ſiniſtra
non poſſit haberi. Et ſi qui corū ad ipſas redire,
accipere fortè præſumpſerint, in illos debet perpet
communicationis ſentētia proferri, vt alij eorum ex
plo perterriti à ſimilibus arceantur [d].

Præterea in concilio Baſilienſi [e] contra concubina
inſignis edita eſt conſtitutio, qua cauetur: Vt quic
cle

*Quid Prælatis faciendum ſi clerici concubinas habētes negent ſe concubinarios.*

a *in c. tua nos. de cohab. cler. et mul.*

b *hoc eſt, verbis nudè, ſiue iuramēto, prolatis. Hoſtienſ. in d. c. tua nos. vel quæ deponuntur ex auditu alieno, & non ex eo, quod quis deprehendit proprio ſenſu. gloſſ. in l. 2. ff. de aqua pluuien. Panor. in d. c. tua nos.*

c *c. veſtra. de cohab. cler. & mul.*

d *c. clericos. de cohabit. cler.*

e *ſeſſ. 20.*

clericus cuiuſcumque conditionis, ſtatus, religionis, dignitatis, etiamſi pontificalis, vel alterius præeminentiæ fuerit, qui poſt huius conſtitutionis notitiam (quam habere præſumatur poſt duos menſes poſt publicationem eiuſdem in eccleſiis cathedralibus factã, quam ipſi diœceſani omnino facere teneantur, poſtquam eadem conſtitutio ad eorum notitiam peruenerit) fuerit publicus concubinarius, à perceptione fructuum omnium beneficiorum ſuorum trium menſium ſpatio ſit ipſo facto ſuſpenſus: quos ſuus Superior in fabricam, vel aliam euidentem eccleſiarum vtilitatem, ex quibus hi fructus percipiuntur, conuertat. Necnon huiuſmodi publicum concubinarium, vt primùm talem eſſe innotuerit, mox ſuus Superior monere teneatur, vt infra breuiſſimum terminum concubinam dimittat. Quam ſi non dimiſerit, vel dimiſſam, aut aliã publicè reſumpſerit, iubet hæc Synodus, vt ipſum ſuis omnibus beneficiis omninò priuet. Et nihilominus hi publici concubinarij, vſquequo cum iis per ſuos Superiores poſt ipſarum concubinarum dimiſſionem, manifeſtamque vitæ emendationem, fuerit diſpenſatum, ad ſuſceptionem quorumcumque honorum, dignitatum, beneficiorum, vel officiorum ſint inhabiles. Qui ſi poſt diſpenſationem reſiduo vomitu ad huiuſmodi publicum concubinatum redierint, ſine ſpe alicuius diſpenſationis ad prędicta prorſus inhabiles exiſtant. Quodſi hi, ad quos taliũ correctio pertinet, eos, vt prædictum eſt, punire neglexerint, eorum Superiores tam in ipſos de neglectu, quàm in illos pro cõcubinatu modis omnibus digna punitione animaduertant. In conciliis etiã prouincialibus, & ſynodalibus aduerſus tales punire negligẽtes, vel de hoc crimine diffamatos, etiam per ſuſpenſionem à collatione beneficiorum, vel alia condigna pœna ſeueriter procedatur. Et ſi hi, quorum deſtitutio ad ſummum Pontificem ſpectat, per concilia prouincialia, aut ſuos Superiores, propter publicũ concubinatũ reperiantur priuatione digni, ſtatim cum proceſſu inquiſitionis ſummo Pontifici deferantur. Et eadẽ diligentia, & inquiſitio in quibuſcumque Capitulis generalibus, & prouincialibus, quo ad ſuos ſeruetur, pœnis aliis contra prædictos & alios non publicos concu-

*Concubinarij publici qui ſint.*

binarios à iure ſtatutis in ſuo robore permãſura. Pu-
ci autem intelligendi ſunt, non ſolùm hi quorum co-
cubinatus per ſententiam, aut confeſſionem in iudi-
ctam, ſeu per rei euidentiam, quæ nulla poſſit tergi-
ſatione celari, notorius eſt, ſed etiam qui mulierem
incontinentia ſuſpectam, & infamatam tenet, & a
ſuum Superiorem admonitus, ipſam cum effectu
dimittit. Quia verò in quibuſdam regionibus
iuriſdictionem eccleſiaſticam habẽtes, pecuniario
ſtus à concubinariis percipere non erubeſcunt,
eos in tali fœditate ſordeſcere, ſub pœna male
æternæ præcipit, ne deinceps ſub pacto, compo
aut ſpe alicuius quæſtus talia quouis modo
aut diſſimulent. Alioquin vltra præmiſſam
pœnam, duplum eius, quod propterea receperi
tuere ad pios vſus omnino teneantur, & compe
Ipſas autem concubinas ſeu mulieres ſuſpectas
modis omnibus curent à ſuis ſubditis etiam per
ſecularis auxilium, ſi opus fuerit, penitùs arce
etiam filios ex tali concubinatu procreatos apud
ſuos cohabitare nõ permittant. Iubet inſuper
odus, vt etiam in prædictis Synodis, & Capi
conſtitutio publicetur, & quilibet ſuos ſubditos
rum concubinarum dimiſſionem moneat diligen
iungit præterea omnibus ſecularibus viris, etiam
præfulgeant dignitate, ne vllum qualecumque
impedimentum, quocumque quæſito colore,
qui ratione ſui officij aduerſus ſuos ſubditos pro
modi concubinatu, & aliis caſibus ſibi à iure per
procedunt.

*Spurij eccleſiaſticorum apud patres ſuos habitare non poſſunt.*

Ceterum, ne quis iſtud concilij decretum re
contemnat, propterea quòd alia nonnulla eiuſdem
creta ab Romanis pontificibus nõ fuerint recep
dum quod ordinata, & facta in eodem cõcilio
dem ſciſſuram recipiantur, & allegentur à Do
vt videre eſt per Florentinum [a], per Felinum [b], &
ſtrum [c], denique per Nauarrum in enchiridio con
riorum, & pœnitentium Gregorio 13. ſummo Pont
ci dedicato, & ab eodem approbato, in quo [d] alleg
etiam decreta eiuſdem concilij Baſiliẽſis poſt ſciſ

a *in 3. par. tit. 25. cap. 2. § fin.*
b *in c. Rodulphus. de reſcrip.*
c *in Sum. in verb. excõmunicatio. 5. §. 7.*
d *cap. 25. nu. 98.*

faſta. Adhæc iſtud prædicti cõcilij decretum de concubinariis inſertum eſt concordatis inter Leonem 10. Papam, & Sedem Apoſtolicam, ac Regem Franciæ initis, & poſtea per Petrum Rebuffum inſignem Iuriſconſultum ac decretorum in academia Pariſienſi profeſſorem egregiè explicatum, & illuſtratum. Et poſt reformationem cleri per delegatum Sedis Apoſtolicæ in Germania factam[a] Epiſcopus Hildemenſis in Synodo diœceſana prædictum decretum cum aliis ſuis ſtatutis publicari, & diſtrictè obſeruari præcepit[b].

In concilio prouinciali Moguntinenſi[c] legitur; Quod miniſtris eccleſiarum, qui ſacris functionibus operam ſuam addixerunt, nihil æquè conuenit, quàm vitæ caſtimoniæ intolerabileque videtur, quod contra conciliorum, ſanctorumque Patrum auctoritatem paſſim concubinis adhæreant. Quis enim in miniſtrorum Dei collegio patiatur talem, quem Paulus[d] hominum conſortio indignum iudicet, cum quo etiam ne cibum quidem ſumendum putauit? Quia ergo clerici quidam Synodorum cuiuſque diœceſis epiſcopalium ſpecialiter deſuper habitarum decretis, de dimittendis concubinis, ægrius parent: ne in huiuſmodi ſcandalo, & ſordibus volutari diutius permittantur, quibuſcumque locorum Ordinariis iniungimus, & ſeriò committimus, vt ſecundum canonum præcepta, & præcipuè Baſilienſis concilij definitionem, concubinarios huiuſmodi corrigant, atque emendent, eaſque mulieres, quæ citra ſcandalum, atque offendiculum retineri non poſſunt, extra vicinium, ne commercij facultas, atque ſuſpicio remaneat, amoueri procurent. Qua in re cùm ſæpe compertum ſit facilius ab initio malis reſiſti, quàm ſemel in ea dimerſum rurſus erigi, atque emergere, omnino Prælatis intendendum præcipimus, ne patiantur iuniores clericos perniciosa cohabitatione irretiri, à qua deinde extricari facilè non queant. Eccleſiaſticis etiam magiſtratibus, iuxta præfati concilij decretum, ne vllo ſub pacto, compoſitione, aut ſpe cuiuſcumque quæſtus tales quouis modo tolerent, aut diſſimulent, penitùs interdicentes, &, ſi opus ſit, vt brachium ſeculare in hanc rem implorent, iniungentes.

a *anno Dom.* 1524.
b *anno Dom.* 1539. *cap.* 15.
c *celebr. anno* 1549. *cap.* 102.
d 1. *Corinth.* 5.

In Syno-

*a in Germania anno 1548. cap. 2.*

*Concubinatus clericorũ quorũdam toti ordini multum inuidiæ et odij peperit.*

*Cauſæ ob quas vulgus tãt pere cõtra eccl ſię ſtatus ſeuiat et murmuret.*

*b 1. Corint. 6. & 2. Corint. 6.*

In Synodo verò Treuirenſi habito etiam mandato cleri reformandi[a], legitur; quod vix dici poſſit quantum iam inde ab initio apud omnes fidei Catholicæ cultores conſecratis hominibus concubinatus pepererit inuidiæ atque conſciuerit odij; audemus tamen, inquit, ingenue fateri, nullam aliam labem ebrietate, & concubinatu vulgi oculos acerbius offendiſſe, maioremque anſam dediſſe ſæuiendi, ac murmurandi contra eccleſiam. At etiam illud negari non poteſt, quod præter cætera ſacrarum literarum teſtimonia, præter canonum de caſtimoniam initiatis ſacris inculcãtium decreta, ipſa ratio quodammodo loquitur, eccleſiaſticum hominem, qui diuinis legibus ſeſe, & animarum ſaluti aſtrinxit, caſtitatẽ ſectari oportere. Quomodo enim aliter iuxta Pauli admonitionem præſtare poſſemus[b] vt adhæreamus Domino abſq; vlla distractione? Cum enim corpus noſtrum templum ſit habitantis in nobis Spiritusſancti, quem habemus à Deo, & noſtri non ſimus iuris, qua ratione fieri poteſt, vt ſine Dei iniuria alterius redigamur poteſtatem. Siquidem etiã maritus proprij corporis ius non habet, ſed vxor: Quid igitur nunc Spiritumſanctũ in eccleſiæ ſeruis habere dicemus, qui corpus ſuum ſcorti, per illecebroſum concubinatum fecerint membrum? Hæc nimirum ſolicitè perpendentibus viſum fuit nobis, ac toti Synodo, non obſtante priore contra concubinarios mandato à nobis emiſſo, denuo integro admonere, ac illos per Chriſtũ rogare, vt, qui hactenus caſtitatis vota non violauerunt, ſtudeant ad vltimum vſque terminum vitæ, incomparabile bonum conſeruare; memores quod agnum immaculatum, quocunque ierit, comitabuntur. Cęterum quicumq; carnis immunditiem, quo nihil poteſt huiuſmodi accidere indignius, ante paſſi ſunt, conſpurcatiſque per exoſam Deo immunditiam membris in contumeliam ſacrorum myſteriorum accedere non verentur, illis nimirum, abactis huiuſmodi incontinentiæ latrinis, piè conſulimus (quoniã Deus benignus & miſericors eſt) vt ſecũdum huius ſanctiſſimæ Synodi decretum, ſe ad integritatem totos conuertant, pœniteant, culpam deprecentur, erroris ſui veniam apud Deum, & homines conſecuturi. Quando tamen

ſtis, vt veriſimile eſt, quoſdam adeo peruaſit, ac ita in totum labefecit, vt perquā exigua ſpes ſit à fornicationis maculis, vel diuturnitate temporis, vel R.mi gratia, tanquam mitiori medicina elui poſſe. In illos igitur primùm diuinæ vindictæ metu, deinde Synodi huius cenſura eius paternitas decernit, vt ſimulatque huiuſmodi in libidinis cœno volutari deprehendentur, ilico mādati (in concilio Baſilienſi editi) contra cōcubinarios vigore, omnibus eccleſiæ bonis ſpolientur: ſcorta verò, aut de impura conſuetudine illorum nomine ſuſpectæ longiſſime ab irretitorum miſereq; captorum ædibus Synodi virtute, firmiſſimaque R.mi auctoritate pellantur.

In concilio quoque prouinciali Colonienſi [a] de ſacerdotibus, & clericis beneficiatis, quibus concubinæ vel fœminæ de incontinentia ſuſpectæ, ſeu cum quibus ipſi de fornicatione diffamati fuerunt, manifeſtè cohabitāt, decretum, & pronuntiatum fuit; eos, qui tales fœminas apud ſe detinent, ſententiam ſuſpenſionis ab officio, & beneficio incurriſſe, mandando, & præcipiendo, vt eas tam procul è vicinia ſubmoueant, vt commerciis non deinde facilis occaſio, & ſuſpiciones omnes vitētur: ipſas verò fœminas, ſi in domibus, vel vicinia permanſerint, excommunicationis cenſura plectēdas eſſe; voluit quoque, & iuſſit, vt eccleſiarum Prælati ſententiam memoratam contra concubinarios notorios & de cōcubinatu ſuſpectos diligenter exequerentur. Alioqui, ſi eorum negligentia ſuppleretur, pœnæ dignæ pro ea exigerentur. Quòd ſi qui libidinis furiis correpti inſtar equi, & muli, quibus non eſt intellectus, huiuſmodi ſuſpenſionis pœna non emendarentur, aut his ſuis mandatis facto cōtrario docerent, ſe non velle parere, contra hos tales ad vlteriorem beneficiorum priuationem, aliaſque duriores pœnas decreuit, & cenſuit eſſe procedendum.

*[a] eod. tempore cum prædicto celeb. an. 1549. ſub Adolpho 3. Archiepiſc.*

Fuit inſuper in concilio habito in Germania ſub Conrado Cardinali Portuenſi Legato Apoſtolico ſtatutū, vt ſi quis clericorum fuerit deprehenſus incontinentiæ vitio laborare, detinendo publicè concubinam, niſi poſt admonitionem canonicam illam à ſe prorſus expulerit, ex tunc tam beneficio, quàm & officio ſpolietur. Si verò nec ſe fœtorem ſuæ libidinis curauerit euitare, quia

creſcente

*Creſcente contumacia creſcere debet etiã pœna.*

creſcente contumacia, creſcere debet, & pœna, anathe-
matis ſententia feriatur. Qui verò obſcœnis volupta-
bus inhiantes concubinas vſque ad hæc tempora publi-
cè tenuerunt, ne delictum præteritum tranſeat impuni-
tum, eos ſub pœnitentiam duxit redigendos: vt ſi ca-
nonici fuerint, 40. diebus in clauſtris ſuis in quadra-
geſimali cibo ieiunent. Si autem hæc agere contemp-
ſerint, Prępoſitis, & Decanis, & Capitulis eccleſiarum ſub
anathemate prohibet, ne præbendarum fructus mini-
ſtrent, nec ad chorũ, vel ad conſortium Capituli ad-
mittant, niſi incœpta dicta pœnitentia, & prædi-
præſtito iuramento quod eas vlterius non reti-
Qui verò remotas reſumere præſumpſerint, decer-
eos beneficiis eſſe priuatos, vt illi ad quorum colla-
eorum beneficia pertinent, ea idoneis perſonis
intra tempus in generali concilio comprehen-
quin proximus Superior ex tunc ea ſtudeat ali-
Si verò Decani, vel alij eorum confratres exceſſus eo-
rum ſcientes diſſimulare præſumpſerint, eos decreuit
excommunicationis vinculo ſubiacere. De concubi-
nariis concubinariis expreſſum rigorem ſuperius ob-
uari quoque voluit.

Poſtremò Pius quintus Papa omnes locorum Ordi-
narios inſtanter monuit, & in virtute ſanctæ obedien-
eis præcepit [a], vt ſtatuta Tridentini concilij contra con-
cubinarios tam clericos [b], quàm laicos [c] edita,
faciant obſeruari, reddituri Deo, ac ſibi, ſi id omiſerint,
rationem. Statuta autem concilij Tridentini contra cle-
ricos concubinarios, ſuprà à nobis poſita ſunt [d]. Verum
quia Synodus Tridentina prohibuit quibuſcumque cle-
ricis, ne concubinas, aut alias mulieres, de quibus
haberi ſuſpicio, in domo, vel extra detinere,
vllam conſuetudinem habere audeant, ſub pœnis
cris canonibus, vel ſtatutis eccleſiarum impoſitis
Superioribus moniti, ab iis ſe non abſtinuerint
ipſa quoque ſynodus alias pœnas; certamque rationem
& modum illos puniendi pręſcribere videtur. Quæ
næ omnes cùm multæ ac diuerſæ ſint, quæret
importunè, qua pœna clerici concubinarij ab Ordi-
puniri debeant, Quia quandocunque iura varias

*Quæſtio de pœnis concubinariorum.*

a *in ſua conſtitut. edita an. Dn.* 1566.
b *ſeſſ.* 25. *de reformat. cap.* 14.
c *ſeſſ.* 24. *de refor. matrimo. cap.* 8.
d *hoc lib. cap.* 8.

imponunt, optio datur iudici; ſed impoſita vna pœna, non poteſt aliam infligere[a]. Ad quam quæſtionem (aliorum rectius ſentientium iudicio ſemper ſaluo) reſpondendum videtur: iudicibus conſiderandum eſſe, varios eſſe concubinarios. Alij enim ſunt notorij, alij verò occulti, vel tantùm de concubinatu ſuſpecti. Notorij autem, qui de concubinatu condemnati ſunt, aut illum in iudicio ſunt confeſſi; vel propter rei euidentiam, concubinatus nulla ratione occultari poteſt[b]: tales propter huiuſmodi ſuum concubinatum iam factum, & commiſſum, licet in eo non perſeuerent, ſed concubinas ſuas relinquant, non ſolùm ab ordine, & beneficio arcendi ſunt, ſed admiſſi, & beneficiati, etiam deponendi, ac beneficio priuandi videntur. Siquidem ſuprà in initio huius capitis ab Innocentio papa 2. expreſsè ſancitum eſſe retulimus: Vt hi, qui in ordine ſubdiaconatus, & ſupra concubinas habuerint, officio, atque eccleſiaſtico beneficio careant. Nec intolerabile, vel durum nimis illud decretum cuiquam videri debet, quia eandem pœnam ſacris initiatis, ob ſolam fornicationem, à canonibus impoſitam eſſe, ſuprà quoque à nobis demonſtratum eſt[c]. Quibus nunc addendum videtur, à D. Gregorio in hæc verba reſcriptum[d]: Peruenit ad nos, quoſdã de ſacris ordinibus lapſos, vel poſt pœnitentiam, vel ante, ad miniſterij ſui officiũ reuocari, quod omnino prohibemus; & in hac re ſacratiſſimi quoque canones contradicunt. Qui igitur poſt acceptum ſacrum ordinem, lapſus in peccatum carnis fuerit, ſacro ordine careat, & ad altaris miniſterium non accedat. Deinde Innocentius 3. refert[e] Vrbanum Papam 2. hoc promulgaſſe decretum[f] in ius pontificium relatum[g]: Erubeſcant impij, & intelligant, iudicio Spiritus ſancti eos, qui in ſacris ordinibus presbyteratu, diaconatu, ſubdiaconatu ſunt poſiti, ſi caſtè non vixerint, excludendos ab omni eorundem graduum dignitate. Legitur quoque in iure canonico[h], quod prædictus Innocentius tertius mandauerit, vt diaconus quidam, qui non erubuerit publicè confiteri, ſe mulierem quandam carnaliter cognouiſſe, ſtatim ab officio, & beneficio ſuſpenderetur. Ex quibus & aliis ſuprà productis canonibus

mani-

*Reſponſio ad propoſitã quæſtionem.*

a *l. prætor edixit. et ibi gloſſ. ff. de iniuriis. Bart. in l. 1. ff. vi bon. rapt. Panor. in c. ſi quiſquam. de cohab. cler. & mulie.*

b *c. veſtra. c. fina. & vtrobique gl. ſſ. et DD. de cohab. cler. et mulier.*

c *hoc lib. cap. 9*

d *c. peruenit. diſt. 50.*

e *in c. à multis. de ætat. & qual. ta.*

f *c. erubeſcant. diſt. 32.*

g *d. c. à multis.*

h *c. quam ſit. de exceſſib. Prælat.*

manifeſtum ſatis videtur, quomodo notorij concubi-
rij & fornicatores puniri ſecundū canones debeant,
quæ ad executionem ſententiæ canonum requirun-
Qui verò eò audacitatis, ac temeritatis peruenerin
non obſtantibus prædictis pœnis, ſacrificare audea
non ſolùm ſuprapoſitis pœnis canonum afficiunt
& illorum miſſæ non ſunt audiendę, nec illis pa
dum, vt cum aliis eccleſiaſticis diuinis officiis
ſceant[a]. Et quia ſecundum iuris diſpoſitionem
modi concubinariorum officium audiendum
quorum concubinatus, per euidentiam rei, qu
uerſatione celari non poteſt, notorius eſt, niſi p
rint[b] (vt hac ratione, peccandi licentia cęteris
& ipſi ad pœnitentiæ fructum trahantur[c].) Si a
pœnitentiam, in tali ſtatu celebrent, in irregu
ipſo facto incidunt[d]. Quoniam referēte Panor
Innocentius papa 4. apertiſſimè tenet[f], quod
fornicator celebrando efficiatur irregularis, qua
penſus à iure[g]. Suſpenſum autem à iure ſeu ca
lebrādo effici irregularem, ſic vt à nullo, quàm à
pontifice abſolui, & ab illa irregularitate libera
à præfato Innocentio diuerſis conſtitutionibus
eſt[h]. Quocirca Panor. alibi quoque expreſſe
quod ſi fornicatio habet operis euidētiam
talis fornicator eſt ſuſpenſus directè à canone
inquit, per c. præter. diſt. 32. vbi dicit text. Ex
tate Dei, & beati Petri ſibi interdicimus, vt
cantet, &c. non enim video inter hæc verba d
ſuſpendo te ab officio, & iſta: interdico tibi
Sed per prima verba infligitur ſuſpenſio, adeo
lebrans efficitur irregularis, vt probatur clari
die in c. 1. de re iudicata in 6. & in c. 1. de ſen
eodem lib. ergo & per iſta ſecunda verba, quia
quid per æquipollentia fiat[k]. Secus autē vbi
operis euidentia. & per hoc inquit ſoluitur qu
celebrādo irregularitatem incurrat. hæc ille. A
verò Archiepiſcopus Florentinus à prædicta Pa
tani ſententia non diſcordans addit[l]; quod non
ſacerdos, ſed etiam in quocunque ordine conſt
etiam in minori, eſt ſuſpenſus, quamdiu per

a c. nullus. c. præter. diſt. 32. & vide ſupra cap. 10.
b c. fina. de cohabit. cler. & mulier.
c c. veſtra. de cohabit. cler. et mulie. d. c. præter. diſt. 32.
d c. 1. de re iudicata in 6. c. 1. de ſent. excom. in 6. c. fin. de temp. ordin. Panor. in c. ſicut. c. veſtra. de cohabit. cleric. & mulier.
e in d. c. ſicut.
f in d. c. 1. de ſent. excom. in 6.
g per d. c. præter.
h in c. 1. de re iudic. in 6. & c. 1. de ſent. excom. in 6.
i in d. c. veſtra.
k c. licet ex quodam. de teſtib. & att. ſt. l. non poteſt. ff. de legib.
l part. 3. tit. 27. cap. 1.

notoria fornicatione, ab omnibus actibus ordinum: & ſi interim exequitur officia ſua, etiam ſemel, efficitur irregularis, & indiget diſpenſatione Papæ; & allegat ad hoc Innocent.[a] Hoſtienſ.[b] Archidiac.[c] & Anto. de Butrio[d]. Eandem ſententiam ſequuntur Sylueſter de Prierio[e], & Martinus Nauarrus[f]. Quam omnibus clericis, & præſertim Canonicis notam cuperemus, ac proinde optaremus, vt illorum ſtatutis capitularibus aſcriberetur, & frequenter publicè in capitulo relegeretur. Quot enim, prò dolor, Canonici ſunt Diaconi, ſubdiaconi, & clerici minoribus initiati, notorij concubinarij, vel fornicatores, qui in ſuo concubinatu, ſeu fornicatione perſeuerantes, non ſemel, ſed frequenter euangelium, vel epiſtolam ſolenniter decantant, vel alia diuina officia ſuorum ordinum in eccleſiis obeunt; & quod irregularitatis laqueo ſe inuoluant ſecūdum canonicas ſanctiones, à qua non, niſi per ſummum Pontificem, poſſint liberari, non aduertunt, maximo animarum ſuarum diſpendio, & prælatorum ſuorum periculo, qui eos ſic patiuntur in notorio cōcubinatu ſeu fornicatione diutius perſeuerare. At ſi ab huiuſmodi vitio ceſſauerint, & poſt illam pœnitentiam celebrarint, aut ſui ordinis actum exercuerint ante diſpenſationem à ſede Apoſtolica impetratam, quamuis mortaliter peccent, non tamen nouam irregularitatem incurrunt[g].

Si quis verò dixerit, hodie non ita aſperè in hoc concubinatus ſeu fornicationis crimine procedendum eſſe, ſed quia melius eſt redargui à Deo de miſericordia, quā de ſeueritate, præmittendas monitiones, quibus ſi non pareant rei, tum illos ſuſpendendos ab officio, vel beneficio, & poſtremò, ſi in contumacia, inobediētia & peccato perſeuerent, beneficio priuandos, alioquin ſi modo ſuperpoſito contra eos ab Ordinariis procedatur, metuendum, ne eorum ſententia per appellationem reformetur, atque tum abſque fructu, & vtilitate lata videbitur. Ad quam obiectionem reſpondendum arbitror Panormitani ſecutus ſententiam[h]; illam in concubinariis ſeu fornicatoribus occultis, vel tantùm de concubinatu, vel fornicatione ſuſpectis (in quibus non eſt certa criminis commiſſi euidentia per prolium procreationem; neq; per ſen-

a *in d.c. ſicut. & in c. tanta. de exceſſ. prælat.*
b *in d.c. ſicut. & in ſum. eodem tit.*
c *in c. præter. diſt.32.*
d *in repet. c. veſtra. de cohabit. cler. et mul.*
e *in ſum. ad verb. concubinarius.*
f *in enchirid. confeſſ. cap. 25. nu.76.77 & Philip. Frāc. in c.1. §. caueāt. de ſent. excom. in 6.*
g *Syluest. d. loco. Nauar. d. loco. & cap.27. nu.154. et 194.*
h *in d. c. veſtra. de cohabit. cler. et mulier.*

*Concubinarij ſeu fornicatores non notorij.*

per ſententiam ſeu confeſſionem in iure factam, pecca-
tum huiuſmodi notoriũ eſt, ſed tergiuerſatione aliqua
celari poteſt[a]) locum habere: & de illis intelligendi
canones[b], qui ante priuationem monitiones, vel ſuſpen-
ſiones præmittendas eſſe ſtatuerunt. Similiter & conci-
lium Tridentinum de illis duntaxat egiſſe videtur
dixit[c]: Quod ſi à Superioribus moniti ab iis
concubinis, vel ſuſpectis mulieribus ſe nõ abſtinuerint,
tertia parte fructuum ſuorum beneficiorum [illegible]
facto ſuſpenſi, &c. Alioquin enim ſequeretur, pari
puniendos eſſe ſacerdotes habẽtes concubinas, [illegible]
mulieres, & ex iis proles procreantes maximo [illegible]
ſcandalo, ſummoque clericalis ordinis dedecore; & [illegible]
cerdotes habentes domi, vel extra eam mulierem, de
quibus poſſit haberi tantùm inhoneſta ſuſpicio [illegible]
tionis, quod videretur plane abſurdum, & iuri [illegible]
rationi, & æquitati contrarium. Quia cùm ſecundum
iuris diſpoſitionem[d], pœnæ debeant commenſurari &
adæquari delictis, vt maiora delicta, maiori pœna [illegible]
minora delicta minori pœna puniantur; & in [illegible]
paribus pares pœnæ adhibeantur: apparet iuſtum [illegible]
ſentaneum, vt concubinarij ſeu fornicatores non noto-
rij, ſed occulti, vel de quibus poteſt tantùm haberi ſu-
ſpicio, non puniantur, niſi debita monitione præmiſſa,
ſic vt non propter fornicationem ſeu concubinatum, de
quo non conſtat, ſed propter inobedientiam, & contu-
maciam poſtea puniri cenſeantur, ſi monitioni non pa-
ruerint. Illi verò, quos non puduit violare templum
Spiritus ſancti, & membra Chriſti facere membra [illegible]
ti; quos non terruit ab huiuſmodi crimine diuinus [illegible]
mor; nec pœnæ illis à iure pontificio, & ciuili [illegible]
minatæ ac definitæ: & quorum per operis euidentiam,
vel ſententiam, ſeu confeſſionem in iure factam [illegible]
rius eſt concubinatus, ſeu fornicatio, puniendi [illegible]
videntur abſque vlla monitione præuia, vt [illegible]
canones & iuriſconſultos ſuprà allegatos & [illegible]
Siquidem quando lex, vel canon alicui delinquenti
imponit pœnam affirmatiuè, tunc ſecundum doctri-
nam Innocentij[e], quam Hoſtienſis, Io. Andreas, [illegible]
nor.[f] Felinus[g], & alij ſequuntur, ſine vlla moni-

a c. fina. & ibi Panor. et in c. veſtra. d. titul.

b c. ſi quiſquã. c. ſicut. c. ſi autem. d. tit. gloſſ. not. Io. And. et alij in d. c. ſicut.

c ſeſſ. 25. de reſor. cap. 14.

d c. ex multis. 1. q. 3. c. non afferamus. 24. q. 1. c. corripiatur. 24. q. 3. c. felicis. §. illud. de pœnis in 6. c. quia ſanctitas. diſt. 50. l. reſpiciendum. l. capitulum. ff. de pœnis. Innocen. in c. qualiter. 2. de accuſatio. Panor. in c. at ſi clerici. de iudiciis.

e in c. extirpãdæ. de præbend.

f in d. c. extirpandæ.

g in c. prohibeas. de magiſtris.

ſtatim ipſo facto pœnam incurrit. Et quia ſedis apoſtolicæ legati in ſancta Tridentina Synodo ingenuè profeſſi ſunt[a], huius noſtri temporis Dei flagella, eccleſiaſticorum peccatis potiſſimùm tribuenda eſſe, putarem Deum iam citius placatum iri zelo & rigore iuſtitiæ Phinees[b], & D. Ioan. Chryſoſtomi[c], quàm miſericordia, & indulgentia ſeu manſuetudine Heli ſacerdotis Domini[d]. Nam vbi graſſatur vitium, ibi, ſicut Hoſtienſis ait[e], tantò magis exemplo opus eſt. Et vbi rigor, ibi eccleſiaſticæ diſciplinæ vigor; ad quam tantoperè collapſam reſtituendam, deprauatóſque clericorum mores emendandos, ſe conueniſſe, & congregatam fuiſſe, frequenter SS. Tridentina Synodus profeſſa eſt. Quocirca Ordinariis non eſt metuendum, ipſorum ſententiam per appellationem reformandam, imò ad hunc metum illis auferendum, eadem ſancta Synodus expreſsè cauit, & ſanxit[f], ne appellatio executionem hanc, quæ ad morum correctionem pertinet, ſuſpenderet. Quia aperti quoque iuris eſt[g]: quod in delictis notoriis, pro quibus pœnæ ſunt à iure determinatæ ac impoſitæ, non admittatur iudicis recuſatio, quantumcumque aliâs ſit ſuſpectus; adeo, vt in talibus iudex, etiam in proprio facto, poſſit procedere; cùm tunc ſit potius executor legis, quàm iudex[h]. At ſi pœnæ à iure non eſſent impoſitæ, ſed arbitrio iudicis relictæ, tum quantumcumque crimina eſſent notoria, admittenda videtur recuſatio; quia poſſet iudex nocere grauiter, arbitrando pœnam: & à tali pœna ſic impoſita poteſt appellari[i]. Atque huc referendum eſt illud quod dici & allegari pro reis ſolet; iudicem debere ad mitiorem declinare partem; quando videlicet, in iure non eſt pœna expreſſa[k]. Cùm igitur à ſacro Tridẽtino concilio apertè declaratum & ſtatutũ ſit, concubinarios ſeu fornicarios, pœnis à ſacris canonibus, vel eccleſiarum ſtatutis impoſitis puniendos: apparet iudicem nõ poſſe, nec debere etiam mitiorem pœnã imponere, quàm quæ in canonibus, vel eccleſiarũ ſtatutis poſita ſit. Quinimo quia idem concilium mandauit[l], vt quæ à ſummis pontificibus, & à ſacris cõciliis de clericorũ vita, & honeſtate re-

*a in oratio. ab ipſis habita.*

b *Numer. 25. Ecclef. 45.*

c *Niceph. eccleſia. hiſto. lib. 13. cap. 1. 3. et aliis.*

d *1. Reg. 2. et 4*

e *in Sum. tit. de cohabit. cler. et mulier.*

f *ſeſſ. 22. de refor. cap. 1.*

g *c. propoſuit. et ibi gloſ. Hoſtien. Panor. et alij. de appellat. Specul. in tit. de appel. §. in quibus.*

h *Inno. in c. ex parte. de verb. ſignif. Panor. in d. c. propoſuit.*

i *gloſſ. in c. ſuper his. ad verb. arbitriũ. de accuſ. Panor. in d. c. propoſuit.*

k *gloſ. in c. 2. de vita & honeſt. Innoc. & Panorm. in c. qualiter. 2. de accuſat. Panor. in c. ex parte. de tranſactio.*

l *ſeſſ. 22. de refor. cap. 1.*

 tinenda;

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tinenda; ac de quibuſcumque criminibus fugiẽdis co-
pioſè, & ſalubriter ſancita fuerunt, iiſdem pœnis, vel
maioribus, arbitrio Ordinarij imponendis, obſeruãd
videtur, quod iudex, potius maiorem & aſperiorẽ pœ-
nam, quam in canonibus poſita ſit, cõcubinariis & for-
nicatoribus imponere debeat, & non minorem, et
mitiorem illa. Quia ſecundum D. Gregoriũ Hom.
in euang. vniuſcuiuſque conſciẽtia conuenitur, vt
maiora acquirat bonorum operum lucra per pœni-
tiam, quanto grauiora ſibi intulit damna per cul-
Neque enim par fructus boni operis eſſe debet eius
minus, & eius, qui amplius deliquit; aut eius, qui nul-
lis, & eius, qui in quibuſdã facinoribus cecidit, & e
qui in multis eſt lapſus.

Adhæc diligenter animaduertendum, & perpen-
dum, quod concilium Tridentinum de pœnis concubi-
nariorum & fornicatorum agens, diſiunctiue loquen-
dicendo, illos pœnis à ſacris canonibus, vel ſtatutis ec-
cleſiarum impoſitis puniendos, & idcirco vtrumque
obligatione eſſe [a], ſed ſatisfieri, ac verificari in vno
lo [b], & propterea iudex alterutrã partem eligere
ua[r]e debet; non autem pro ſuo arbitrio poteſt nou
aliquam pœnã excogitare [c]. Quia non minus obliga
iudex Ordinarius obedire legibus publicis, & Superio
ſuo, quàm priuatus aliquis ſubditus tenetur obedire
Superiori [d]. Bonus namq; iudex, ſicut D. Ambroſius
quit [e], nihil ex arbitrio ſuo facit, & propoſito domeſtic
voluntatis: ſed iuxta leges, & iura pronuntiat: ſtatut
iuris obtemperat; non indulget propriæ voluntati nil
præparatum, & meditatum de domo defert; ſed ſicut
dit, ita iudicat; & ſicut ſe habet cauſæ natura, decer
obſequitur legibus, non aduerſatur: examinat cauſæ
rita, non mutat. Diſcite iudices ſeculi, quem in iudicio
tenere debeatis affectum; quam ſocietatem, quam ſo-
brietatem, quam ſinceritatem. Qui iudicat, voluntati
ſuæ obtemperare non debet: ſed tenere quod legum eſt
hæc ille. Quibus cõſenſit D. Gregorius ſcribens [f]. Sum-
moperè præcauendum eſt, ne rectores eccleſiæ, & qui
publica iudicia exercent, in dictandis ſententiis mi-
nus leuitate, aut furore ducti, ſint præcipites, ſed

a Bart. in l. 1. ff. de rebus dubiis. & in l. vbicunque. ff. de fideiuſſor. & mãda. Io. Petri Ferra. in ſua practica foreſ. tit. de forma libelli in acti. reali.

b c. in alternatiuis & ibi gloſſ. Dyn. & Peckius de reg. iur. in 6. c. fin. velite nõ conteſt.

c l. cum pupillus. § fin. ff. de condit. & demonſt. l. ſi ita quis. & l. ſi quis ita. ff. de verb. obligat. c. inter. & ibi gloſſ. et Panor. de reſcript. d. c. in alternatiuis. et ibi gloſſ. & dd.

d c. iudicet. 3. q. 7. Pan. in c. 1. de officio Ordinarij.

e in pſal. 118. ſerm. 20. & in c. iudicet. 3. q. 7.

f in c. ſummopere. 11. q. 3.

prius diligenter ventilatis, cùm res, quæ ignorabatur, ad notitiam pleniter venerit, tunc diuina & humana lex reſoluatur, & tunc ſecundum quod ibi conſtitutum eſt, remota perſonarum acceptione definitiua proferatur ſententia. Preterea Panormitanus dicit [a], certum eſſe, quod vbi duo alternatiuè mandantur, ſufficiat alterum adimpleri: & quãdo pœna ponitur alternatiuè per legem, vel ſtatutum, poteſt, inquit, iudex imponere quam pœnam ex illis vult; & præſertim quãdo verba legis, vel ſtatuti alternatiuè diriguntur ad iudicem, vel imperſonaliter loquuntur [b]. Et ipſo iure canonico expreſsè definitum eſt [c], vt in huiuſmodi alternatiuis, iudex alterutra pœna, quæ magis timeri debeat, ſit à principio contentus: ad alterã nihilominus proceſſurus, ſi hoc meruerit proteruitas contumacis. Rurſum alibi dicit Panormita.[d] Quod vbi pœna imponitur alternatiuè, optio datur iudici, quam pœnam illarum imponat.

Cæterum quod quidam Panormitani [e], vt aiunt, opinionem ſecuti, arguunt & contendunt, propter iurium ſeu canonum varietatem, relinquendum eſſe planè & penitus iudicis arbitrio, quomodo concubinarij & fornicatores puniri debeant; ſic vt canonum pœnis prætermiſſis, ac neglectis, pro ſua clemẽti, manſueta, & indulgenti diſcretione, eos punire poſſint, quemadmodum velint, & ipſis placeat: Illi Panormitani auctoritate abuti mihi videntur. Non enim hoc, quod aiunt, dicit; ſed, puto, inquit [f], quod iſtud ſit arbitrarium, vtrum iudex velit à principio ipſos priuare beneficio; vel potius admonere; vel etiam ſuſpendere; quia cùm iura variè loquantur, optio datur iudici: vt ſcilicet vnam ex iſtis tribus pœnis infligat, atque hanc ipſius eſſe ſententiam, liquet ex ſupradictis ex codẽ allegatis. Qui & alibi latius ſuam opinionẽ explanans: Et ideo, ait [g], concludo, quod cùm iura circa delictum fornicationis, & concubinatus vario modo diſponant: quandoque apponendo pœnam arctam, quandoque mitem, & quandoque mitius procedendo, quandoque mediam viam amplectendo, quod hoc relinquitur arbitrio ſuperioris, vt conſideratis circumſtantiis, & ſcandalo inde ſurgente, & conſuetudine patriæ, apponat pœnam quandoque depoſitionis,

a in c. inter cæteras. de reſcript.

b gloſſ. in c. ſicut. de Iudæis. & in c. à crapula. de vita et honeſt. & in c. fraternitatis. diſt. 34.

c tex ſing in c. quoniã. §. fin. vt lite nõ conteſt.

d in c. ſicut. de Iudæis.

e in c. at ſi clerici. de iudicis. & in c ſicut. de cohab. cleric. et mulie.

f in d. c. ſicut. de cohabit. cleric.

g in d. c. at ſi clerici.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quandoque ſuſpenſionis , & quandoque priuation beneficio ; quandoque prius moneat ; quandoque ſine monitione priuet, ex quo conſtet de delicto. Sibi enim videtur data optio ex quo varias pœnas, & modos procedendi à iure reperimus traditos. Nuſquam autem Panor. dicit, quod iudex alia aliqua pœna, in iure non expreſſa, illos poſſit afficere pro ſua diſcretione, licet non diffiteor illum ſenſiſſe, quod iudex mitiorem pœnam infligere poſſit ſecundum facti circumſtantias & locorum conſuetudinem, dummodo ea canonica iuri poſitiuo non generet præiudicium, & ſit rationabilis, atque legitimè præſcripta[a]: & per eam, ac vt electionem inducta ſit impoſitio vnius pœnæ ex dictis alternatiuis[b]. Quando verò, & ob quas cauſas poſſit iudex pœnas iuris minuere, tradit Felin. in c. niſi ſpecialis. de offic. legati[c], & in c. qualiter 2. §. ad corrigendos. de accuſatio.

Si quis obijciat, quod, cùm proceditur contra delinquentes per viam inquiſitionis (ſicut in huiuſmodi cauſis procedi ſolet) tunc iudex non debet imponere pœnam ordinariam delicti, ſed aliam arbitrariam, illa mitiorem[d]. Reſpondetur, Panormitanum contra hanc obiectionem ex Innocentio tradere[e] duas ſingulares limitationes, ſemper, vt ait, mente, atque corde tenendas. Prima eſt, quod ſi de crimine conſtat per confeſſionem, tunc attento modo procedendi, imponitur pœna ordinaria quantumque grauis[f]. De quo eſt text. ſingularis in c. fin. de celebr. miſſar. vbi procedebatur per viam inquiſitionis: & per confeſſionem conſtitit de crimine, non impedientibus ordinis executionem, & tamen fuit depoſitio ab ordine. Videtur quidem primo mirabile, vt durius agatur cum confeſſo, quam conuicto, ſed, quia talis confeſſio ferè fit ex timore probationis, ideo non debet mitius agi[g], ſecus ſi ſponte confiteretur[h]. Altera limitatio eſt, quod licet non conſtet de crimine per confeſſionem, ſi tamen eſt notorium iuris, imponitur etiam pœna ordinaria, non attenditur modus procedendi[i]. Deinde in c. inquiſitionis. de accuſatio. ex quo præfata obiectio deſumpta, apertè habetur, quod ſi crimen (ſuper quo in

a c. fin. et gloſ. & dd. de conſuetu.

b Felin. in c. inter cæteras. de reſcript.

c vt refert. in d. c. inter cæteras.

d c. inquiſitionis. et ibi gloſ. & Panor. de accuſat.

e in c. qualiter. 2. de accuſat.

f l. perinde. ff. ad l. Aquil. c. 1. de confeſſ. c. 1. et 2. 2. q. 1. atque idem referunt et ſequuntur alij omnes dd. vt habet Felin. in d. c. qualiter.

g gloſſ. in c. de hoc. de ſimo.

h c. nõ dicatis. 12. q. 1.

i c. cùm non ab homine. de iudic. Panor. in d. c. qualiter.

factū eſt) tale ſit, vt ordinis ſuſcepti executionem, aut promotionem beneficij, etiam poſt peractam pœnitentiam impediret, erit ſicut in accuſationis iudicio procedendum. At notorium concubinatum ſeu fornicationem tale crimen eſſe, ſatis manifeſtum eſſe arbitror ex ſupra poſitis. Quibus illud nunc addendum occurrit, D. Martinum Nauarrum, cui maxima iam in foro eccleſiaſtico tribuitur auctoritas, ſcripſiſſe ac ſenſiſſe [a], quod notorius cõcubinarius, aut fornicarius poſt actam pœnitentiam celebrans, aut ſui ordinis actum exercens peccare mortaliter celebrando ſine diſpenſatione: indicant iſta clarè, meo iudicio, prædicta notoria crimina talia eſſe, vt ordinum ſuſceptorum, etiam poſt actam pœnitentiam, executionem impediant; ac proinde conſequitur ex d. c. inquiſitionis, iudicantis diſcretionem non poſſe pœnas illorum moderari ſecundum perſonarum merita, & exceſſuum qualitatem, ſed illum debere infligere vnam ex pœnis in ſacris canonibus vel eccleſiarum ſuarum ſtatutis poſitis. Quod autem ſuprà dictum eſt, illos poſt peractam pœnitentiam celebrare poſſe; illud ſanè, ac rectè intelligendum venit, nimirum illos peracta pœnitentia celebrare poſſe, ſic vt ab aliis eorum ſacra licitè audiri poſſint, & quod tum ſua celebratione ſeu ſui ordinis executione nouam non incurrant irregularitatem. Vnde referente Archidiacono [b], Hoſtienſis dixit [c]: notorium fornicatorem ſuſpenſum eſſe ab officio propter crimina à canone quantum ad alios; & quantumcunque pœnitentiam agat, nunquam celebrare debere ante obtentam à ſede apoſtolica diſpenſationem, alioquin contrahit irregularitatem. Innocentius verò credit [d], iſtam pœnam iuris ceſſare, ſi ceſſet à peccato, quantum ad hoc, inquiens, vt alij poſſint audire eius officia, ipſe tamen non debet celebrare ſine diſpenſatione, & abſolutione, ex quo notum fuit crimen eius [e]. Et ipſe Archidiaconus inter crimina, quæ poſt pœnitentiam impediunt ordinis executionem, expreſſe quoque numerat [f] crimen notorium de facto, vel de iure, & omne delictum quod ipſo facto inducit infamiam. Notorium autem concubinatum ſeu fornicationem inter huiuſmodi crimina & delicta cenſeri,

a *in manuali confeſſ. cap 25. nu. 76. 77. & cap. 27. nu. 154. 194.*

b *in c. præter hoc. §. ad hoc. diſt. 32.*

c *arg. c. quia circa. de bigamis. c. cùm medicinalis. de ſent. excommu. in 6. c. cùm æterni. de re iudic. in 6.*

d *in c. ſicut. & c. vlt. de cohabit. cleric. & mulier.*

e *arg. c. ſacerdotes. diſt. 50. c. miniſtri. diſt. 81.*

f *in c. dolus. 1. diſt. 50.*

 ſeri,

ſeri, apud omnes in confeſſo eſſe arbitror. Quare pœ
aliqua in ſacris canonibus, vel eccleſiarum ſtatutis
ta, punienda veniunt.

Nec obſtat ſi dicatur, æquitatem pręferendam eſſe
gori[a]: Quia hoc tantùm verum eſt de æquitate
hoc eſt, vbi lex dicit iſtam eſſe æquitatem[b]; Iudic
ergo Ordinarius ſemper in hiſce & aliis ſimilibus
nibus ſecundum canones, & leges, & ſecundum
& probata; & ſecundum conſcientiam publicam
regulata, & reformata ſecundum canones & leges
dicium namque hominis ſequētis caput ſuum, &
præſumptam æquitatem, fallit, & fallitur[d]. Et
cundum ſuam conſcientiam, ſeu propriam ph
dicare vult, & dicit, hoc mihi videtur æquum; &
dum hanc æquitatem volo pronuntiare, magnam
iniuriam legi, & ſacris canonibus, qui vult
prudentior[e]. Quare Honorius papa 3 apertis
reſcripſit[f]: In his verò, ſuper quibus ius non
expreſſum, procedas æquitate ſeruata, ſemper in
niorem partem declinando: ſecundum quod p
& cauſas; loca & tempora poſtulare videris. Et
num ſtatuta cuſtodiantur ab omnibus; & nemo
nibus, vel iudiciis eccleſiaſticis ſuo ſenſu, ſed
ctoritate ducatur, in exordio iuris pontificij ha
Adhæc D. Hieronymus explicans illud Salomon
innitaris prudentiæ tuæ; ille, inquit, prudentiæ
titur, qui ea, quæ ſibi agenda, vel dicenda videntur
trum decretis pręponit. Atque hæc D. Hieronymi
pretatio in ius Pontificium trāſlata eſt[h]. Panormitan
verò, cuius clementiam nonnulli pro ſe rapiunt, v
diximus, etiam expreſsè notandum dixit, quod
æquitatem non ſcriptam, nō debet iudex reced
ſcripto: quia non debet ipſe clementior lege v
ri[k]. Semper enim lex mitior eſt, quā iudex p
Quinimo Innocētius de his clericorum crimin
ctans[m] dicit, grauiorem eſſe pœnā iudicis, qui
quia pœnam iuris credimus ceſſare, ſi ceſſet à p
quantum ad hoc, vt alij poſſint audire eius offic
paulò ante ex eodem ab Archidiacono allegatum
Sententia autem iudicis non ceſſabit, niſi reſtitu

a l. placet. C. de ſac. eccleſ.
b gloſ. not. in c. fin. de trāſact. Bal. in practica ſua. Panor. in c. paſtoralis. §. quia vero. de offic. Delegati. Henning. in prœmio proceſſ. ordin. iudic.
c c. ſummopere. 11 q. 3. c. iudicet. 3. q. 7. c. iudicātem. 30. q. 5. c. 1. & ibi gloſ. not. de offic. Ordin. Bal. in l. 2. C. de ſit. ex peric. reci.
d c. à nobis. et ibi gloſſ. et dd. de ſent. excom. Henning. in prœmio proceſ. ordina. iud.
e §. oportet. in auth. de iudicib. Bald. in d. l. 2. d. c. 1. & ibi gloſ. de offic. Ordin. Hēning. in d. prœmio.
f in c. fin. de tranſactio.
g c. 1. de cōſtit.
h c. ne innitaris. de cōſtitut.
i in d. c. fin. de tranſa.
k d. § oportet.
l gloſ. not. in d. § oportet.
m in c. ſicut. de cohabit. cler. et mul.

magna gratia. Item niſi per ſententiam priuetur publicus fornicator, non poterunt eius beneficia aliis cõferri. Si verò à Prælato ſuſpenſus eſſet, poſſent eius beneficia aliis conferri, quia tum vacat eccleſia. Secus in beneficiis ſuſpenſorum à canone. hæc ille. Quod ſi ergo iudex eandem pœnam in canonibus expreſſam non inflixerit, ſed aliam vel molliorem, vel duriorem, ſecundum Hoſtienſis[a] doctrinam, & ſententiam, fit infamis. Quam opinionem referente Felino[b], multum extollit Ludouicus Romanus in ſingularibus ſuis, addens, alia inſuper pœna quam infamię, talem iudicem puniendum, nimirum eadem qua reus puniendus erat. alleg. tex. valde ſingul. in l. nulli hæreticorum. C. ne ſanct. baptiſ. reiteretur. ibi: niſi ipſe pati velit, quod aliis diſſimulando conceſſit.

Si quis verò in iudicum excuſationem adduxerit; eorum ſententiam debere conformem eſſe libello, contra huiuſmodi reos à curię eccleſiaſticæ Promotore ſeu aduocato fiſcali exhibito. In quo cùm hodie non ponatur, nec petatur, vt præfati rei ſecundum ſacros canones, vel eccleſiarum ſtatuta puniantur, ſed pro arbitratu & phantaſia Promotoris ſeu fiſci conſtituatur in libello pœna, apparet iudices excuſandos omnino, ſi ſecundum Promotoris petitionem in libello poſitam reos damnẽt, vel ſecundum allegata & probata ius dicant. Ad quam excuſationem reſpondendum videtur; iudicum eſſe huiuſmodi Promotorum ſuorum libellos non recipere, iiſq; mandare, vt libellos ſuos iuris diſpoſitioni accommodent, & quandocunq; pœnæ contra ſuorum reorum delicta in canonibus definitæ & determinatę habentur, petant illos puniri ſecundum canonicas ſanctiones, ſicut Guilielmus Durandus in praxi eccleſiaſtica clariſſimus iuriſconſultus, faciendum docuit[c]: illud certum eſſe dicens[d], quod qualitercumque agatur ad pœnam, ſi certa pœna ſuper crimine de quo agitur in iure ſtatuta eſt, illa infligenda eſt. Atque hoc ipſum olim in iudiciis obſeruatum fuiſſe manifeſtum eſt, ex ordine iudiciario à Tancredo conſcripto[e]. Quocirca ſunt Iuriſconſulti[f], qui cenſuerunt, in materia criminum criminaliter intentatorum, nulla opus eſſe concluſione, quoniam iura ipſas pœnas, & punitiones criminibus debitas, & pro-

[a] in c. de cauſis. de offic. Delegat.

[b] in d. c. de cauſis. et in c. qualiter. 2. §. ad corrigendos. de accuſatio.

[c] lib. 4. tit. de cohabit. cler. et mulier.

[d] lib. 3. tit. de inquiſitione. §. nunc videndũ. verſ. Illud autẽ certum eſt.

[e] lib. 1. cap. ſen. tit. 8.

[f] Bart. in l. libellorum. ff. de accuſat. & in l. 1. ff. ad SC. Turpil. arg. c. ad noſtrum 3. & ibi gloſ. & dd. de iureiurando. Damhoud. in praxi cri. cap. 3. 11. 52. Lancell. in prę-to & curi. breui. lib. 1. cap. 9.

 prias,

prias, ilico, citra concluſionem, referunt & comm
ſtrant. Si verò libelli concluſio plus, vel minus conti
quàm iudicij natura exigit in cauſa criminali, tu
dex poteſt, præſertim in notoriis criminibus, fact
tate inſpecta, alterare, & minuere vltra petita, ſe
tentiam ferre non conformem libello[a]. Imo ſi ſen
tia deberet ſemper eſſe conformis libello, ſequ
omnem ſentētiam fore condemnatoriam. Omnis
actor libelli ſui concluſione petit reum condemna
que cùm dicitur, ſententiam debere eſſe conform
bello, intelligendū eſt ſecundum Io. Andreæ[b], no
ad eius concluſionem, ſed quoad modum decide
vt per ſententiam res deducta in libello ſecundu
ſam ex qua eſt petita, & ſecundum modum ded
iudicio, terminetur ac decidatur; & ſic poterit
ſententia abſolutoria. Speculator verò dicit
neceſſarium libellum, quando agitur per modu
ſitionis, ſed tunc edūtur capitula ſeu articuli, qui
mina continentur; quæ ſi reus neget, tunc neceſſ
libellus. Qui etiam omittitur, quādo à iudice in
ex officio proceditur[d]. Quod autē Promotores
contra huiuſmodi notorios concubinarios, & for
tores hodie tam benigni & clementes in ſuis libell
articulis videantur, iſtud audiui prouenire ex
penſiunculis, & muneribus quæ ipſis ab reis ta
uūtur. Atq; hac ratione aperitur omnibus facris
nō feneſtra, vel porta, ſed campus ampliſſimus ad
impudicitiam, ſeu fornicationē impunè quaſi
dam. Nullam enim delinquentes pertime
quam exiſtimant & ſperant ſe nūmis redimere

Quod aiunt ſecundum allegata, & proba
cendum eſſe, & non ſecundum conſcientiam
cam, quam iudex ſibi, vt priuato, aſſumit: id
ego iudici faciendum aſſero, niſi conſcienti
debitè informatam de notorio, quod ipſi, vt
vt priuato conſtet[f]. Quinimo in delicto noto
normitanus inquit[g] Innocentij[h] ſecutus ſen
poteſt iudex ſine alia condemnatione mandare
pœnam, in canonibus contra perpetratum delict

a *Felin. in c. licet. de Simo. Bart. in l. cum qui. ff. de verb. oblig. Bald. in l. etſi ſeuerior. C. de infamib. & in l. cum co-rū. C. de ſentēt.*

b *in ordine iudic. tit. quomodo ſent. deb. eſſe confor. libel.*

c *lib. 4. part. 1. de libell. concep-tio. §. nunc dicendum. alleg. c. cū olim. de teſtib. c. qualiter. 2. de accuſat.*

d *Specul. d. §. nunc dicēdum. alleg. d. c. ad noſtram. 1. de iureiu. c. manifeſta 2. q. 1. c. quoniam de filiis presb. c. cuidētia. de accuſat. Alciat. in ordine iud. tit. de noto crimi.*

e *c. pauper. 11. q. 3. Panor. in c. licet. de pœnis.*

f *de hac materia vide Felin. in c. paſtoralis. §. quia. de offic. deleg. & alios quos ipſe allegat. deinde Sylueſt. in ſum. ad verb. Iudex. 2. Lancell. in præto. & cur. bre. ibid. cap. 9.*

g *in c. ſuper his. de pœnis.*

h *in c. ex parte. de verb. ſignif.*

ſuam. Quare vt clerici caſtè, continenterque iuxta canonum præcepta viuant, in concilio Lateranenſi ſub Leone 10 celebrato expreſsè ſtatutum fuit: vt contrà facientes acriter ſecundum canones puniantur, neque Superiorum tolerantia, ſeu praua conſuetudo, quæ potius corruptela dicenda eſt, à multitudine peccantium, aliue qualibet excuſatio eis aliquo modo ſuffragetur, ſed iuxta iuris cenſuram ſeuerè puniantur. hæc ibi. Meminerint ergo Epiſcopi & alij Ordinarij, qui in canonum obſeruationem iurauerunt, vt in clericorum ſuorum exceſſibus corrigendis, pœnas canonum irrogent, ne dum iſis clementiores, ac prudentiores videri & dici cupiunt, non ſolùm infames [a], verumetiam periuri [b] ſiant, & ſe reddant vitandos ac fugiendos ab aliis catholicis, perinde ac ſi excommunicati, & ab Eccleſia præciſi eſſent [c]; maximè ſi ex contemptu non ſeruent, nec ſeruari faciant canones [d]. Quinimo hoc caſu deponi poſſent [e]. Quod ſi notorij concubinarij & fornicatores ſecundum ſacros canones acriter puniti fuiſſent, exiſtimo, quod tantam Belgij & Chriſtianæ religionis in eo non videremus calamitatem, & ruinam: nec tot exorti fuiſſent hæretici, qui tam nefariè, & crudeliter in diripiendis, ac euertendis eccleſiis; ſpoliandis, fugandis & proſcribendis ſacerdotibus; prophanandis, & conculcandis ſacramentis, & potiſſimùm euchariſtiæ, iniquitatem, inſaniam, ac impietatem ſuam declararunt. Quinimo multi in hac patria fuère homines in fide tepidi, qui videntes tantam Epiſcoporum & aliorum Prælatorum in huiuſmodi ſacerdotum criminibus puniēdis tolerantiam, manſuetudinem, & clementiam, inceperint dubitare de veritate, & efficacia ſacramentorum Eccleſiæ, & tandem hæretici vel ſchiſmatici facti ſunt. Si nunc in aliquot ſaltem notorios fornicatores ſecundum ſacrorum canonum diſpoſitionem exempla ederentur, ſuperem Deum, quem patriæ, & clero adhuc vehementer iratum videmus, citius ac facilius placatum & illam in eccleſiaſticis vitæ, ac morum emendationem perciperemus, quod laici in fide frigidi ferventiſſimi: & multi hæretici, rurſum catholiciſſimi, Dei gratia fierent. Nihil enim eſt, quod magis alios ad pietatem,

a *Hoſtien. & Felin. in c. de cauſis. de offic. deleg. Lud. Rom. ſing. 78. vel 79.*
b *Panor. & Felin. in c. ego .n. de iureiur.*
c *gloſ. not. in c. ſacerdotes. 2. q. 7. Panorm. & Felin. in d. c. ego .n. Rom. ſing 510. arg. c. alieni. 2. q. 7.*
d *Panor. & Felin. in d. c. ego. n. & in c. cùm non liceat. de præſcript.*
e *Felin. in d. c. cùm non liceat. alleg. Inno. poſt Paul. in cle. 1. de ætat. et qualit. gloſ. in c generali. de elect. in 6.*

pietatem, & Dei cultum aſſiduè inſtruat, quàm con- vita & exemplùm, qui ſe diuino miniſterio dedicarunt: quia cùm à rebus ſeculi in altiorem ſublati locum conſpiciantur, in eos tanquam ſpeculum reliqui oculos coniiciunt, & ex iis ſumunt quod imitentur [a].

Porro, quia ſuprà dictum eſt, notorios fornicarios & concubinarios, ſi ante actam pœnitentiam celebrent, irregulares fieri; hic iam quæritur, qualis illa debeat eſſe pœnitentia, ſecretáne, an publica: & à quo imponenda, confeſſarióne an ab Ordinario iudice. Cui quæſtioni reſpondendum apparet; quod cùm D. Paulus Apoſtolus moneat [b], publice peccantes palam eſſe corripiendos, vt & cæteri timorem habeant: & aperti iuris ſit [c] manifeſta peccata, non eſſe occulta correctione purganda; denique & à ſacra Tridētina Synodo decretum legatur [d], quando ab aliquo publicè, & in multorum conſpectu crimen commiſſum ſit, vnde alios ſcandalo offenſos commotosque fuiſſe non ſit dubitandum; huic conuenit pro modo culpæ pœnitentiā publicè iniungi oportere [e], vt quos exemplo ſuo ad malos mores prouocauit, ſuæ emendationis teſtimonio ad rectā reuocet vitam: ſequitur & notoriis fornicatoribus & concubinariis publicā pœnitentiam iniungendam eſſe conſequitur, licet eum ipſum actum peccati ſeu criminis publicè ac in multorum conſpectu, ob ſui turpitudinem, non fecerint, tamē quia in præſentia diuinæ maieſtatis & ſui angeli cuſtodis nefandum illud ſcelus perpetrare non erubuerunt; & quia ad eius euidentiā ius non requirit, vt in conſpectu aliorum fiat, aut vt concubinæ cum prolibus ſuis in ædibus ipſorum habitent, & alantur; ſed ſufficiat peccatum huiuſmodi eſſe notorium per ſententiam, vel cōfeſſionem in iure factam, aut per rei euidentiam, quæ tergiuerſatione celari (vt ſuprà dictum eſt) nequeat [f], in iniungenda illis prorſus videtur pœnitentia perinde ac ſi peccatum publicè, & in conſpectu multorum commiſſum eſſet.

Qualis autem ſeu cuius formæ publica iſta pœnitentia eſſe debeat, in altero noſtro Speculo obiter indicauimus [g], eamque ſuprà hoc libro [h] ex Gratiani decretis tranſſcripſimus: & eandem pro huiuſmodi criminibus imponendam eſſe, apertè quoque tradit Hoſtienſis [i], dicens, ſi cum

[a] *Concil. Trid. ſeſſ. 22. de reform. cap. 1. c. fin. 21. q. 4.*

[b] *1. Tim. 5. c. ſed illud, diſt 45.*

[c] *c. 1. de pœnit. & remiſſ.*

[d] *ſeſſ. 24. de refor. cap. 8*

[e] *arg. c. preſbyter. et ibi gloſſ. not. diſt. 28. c. fin. diſt. 50. c. quæſitum, & ibi gloſ. et Panor. de pœnit. et remiſſ. Greg. epiſt. 31. lib. 12.*

[f] *c. fin. de cohabit. cleri. & mulier.*

[g] *de maior. horum tēp. cauſ. lib. 1. cap. 10.*

[h] *cap. 9.*

[i] *in ſum. tit. de pœnit. & remiſſ. §. Quæ pœna ſit.*

Si crimen publicum ſit, publica, non maior, vel minor pœnitentia, quàm ſcripta reperiatur, imponenda eſt, niſi ex magna cauſa diſpēſetur. Si occultum, tunc indiſtinctè arbitraria imponitur.

A quo verò prædicta pœnitentia imponenda ſit, etiā docet Hoſtienſis[a] ſcribens: Vt ſacerdos circa pœnitentiis diſpenſando cautius arbitretur, notādi ſunt ei caſus in quibus per canones certæ pœnæ, ſeu pœnitentiæ imponuntur. Nam canones pœnitentiales tenetur ſcire ſacerdos, aliàs vix in eo nomen ſacerdotis conſtabit ſecundum Auguſtinū[b]. Primus canon dicit, quod presbyter ſi fornicationem fecerit, pœnitentiam decem annorum ſuſtinere debet, hoc modo[c]: Incluſus, ſacco indutus, & humi proſtratus, miſericordiam Dei iugiter implorans, tribus menſibus continuis de veſpera ad veſperam pane, & aqua vtatur, exceptis diebus Dominicis, & præcipuis feſtiuitatibus: in quibus modico vino, piſciculis, & leguminibus recreatur. Elapſis & finitis ſic tribus menſibus, exit de carcere, non tamen procedit in publicum, ne grex fidelis in eum ſcandalū patiatur. (Per hoc apparet, quod loquitur de publico crimine.) Poſt hoc, receptis aliquantulum viribus, anno vno & dimidio in pane, & aqua pœnitet, exceptis Dominicis, & aliis præcipuis feſtis, in quibus vino & ſagimine, ouis & caſeo reficiatur. Finito ſic primo anno & dimidio, particeps fit corporis & ſanguinis Domini; & ad pacem, & pſalmos cum aliis fratribus cantandos in choro admittitur; tamen ad cornu altaris non accedit, ſed minorum ordinum tantùm officia gerit. Deinde vſque ad expletionem ſeptimi tres legitimas ferias, ſcilicet ſecundam, quartam & ſextā, exceptis diebus paſchalibus, qui ſunt quinquaginta, in pane & aqua ieiunet; tamen ſecundam feriam vno pſalterio, vel vno denario poterit redimere. Poſt ſeptimum annū compleuerit, poteſt eum Epiſcopus ad gradum priſtinum reuocare; ita tamen quod in cunctis annis ſequentibus, omni ſexta feria, nulla intermiſſione miſericordia, in pane & aqua ieiunet. Sacerdotium pro quolibet peccato, ſiue crimine, quod depoſitionem inducit, eſt conſimilis pœnitentia iniungenda. Probantur hæc omnia 72 diſt, c. presbyter ſi fornicationem

a d. §. *quæ ſit pœna. verſ. vt autem.*

b *c. quæ ipſis. diſt.* 38.

c *de quo vide c. propoſuiſti. diſt.* 82. *et cap.* 9. *huius lib.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tionem fecerit. & intelligunt hoc quidam etiamsi for-
nicatio ſimplex ſit. hæc Hoſtienſis loco præallegato.
Ex quibus manifeſtum eſt, à ſacerdote in ſecreta con-
feſſione talem pœnitentiam notorijs fornicatoribus
& concubinariis imponendam eſſe. Nam ſi pro publico
& notorio crimine, ſecretam & occultam confeſſor
imponat pœnitentiam, maximum in eccleſia, præ-
ſertim apud indoctos, oritur ſcãdalum, ſicut paulo ante
à nobis declaratum eſt. Quare ad placandum nu-
& reſtituendam in priſtinum ſtatum religionem Ec-
cleſiaſticam diſciplinam, optimum fore exiſtimarem
Promotores diligenter aduigilarent, & obſeruarent
prædicti notorij ac publici concubinarij ſeu fornica-
res, ante præfatam publicam pœnitentiam, celebrarent
vel alium actum ſui ordinis ſolenniter exercendo,
contra eos, rigoroſè, ac ſeuerè in foro contentioſo pro-
cedant; nec illos audiant, quãuis dixerint ſe à confeſſore
abſolutos, & ſecretam pœnitentiam ab ipſo iniunctam
perfeciſſe. Quia hac tantùm Deo, & animæ ſuæ, in quo
peccauerũt, ſatisfaciunt; non autẽ reipublicę, quam
vehemẽter ſuo ſcandalo lædunt: in cuius vindictã pu-
ca pœna ab Ordinario iudice afficiẽdi ſunt[a]. Nec abſurdum
iſtud cuipiam videri debet. Quoniam vt Panorm. ait[b],
pœnitentia publica leuior eſt quàm pœna naturalis
delicti.

a c. felicis. §. fin. de pœnis in 6. Lud. Rom. conſil. 375. Panor. in c. de his, de accuſ.
b in d c. de his. alleg. c. admonere. 32. q. 2.

Qui verò contendunt hæc carnis crimina excuſare,
vel ſaltem attenuare in clero, & dicunt, notorium for-
nicatorem à iure ſuſpenſum celebrantem, etiam ante
actam pœnitentiam, non fieri irregularem, allegantes
pro ſe Innocẽtium in c. ſicut. de cohabit. cler. & mul.
& Guilielmum Durandum in Specul. tit. de diſpenſ.
§. iuxta. & Archidiaconum in c. ad hæc verò. di.
illos putarem non audiendos, ſed tanquam calumniatores
reijciendos. Nam Innocentius dum loco allegato dicit,
quod ſi ſuſpenſus à canone celebrat, non eſt irregularis,
non loquitur de notorio fornicatore, ſeu concubinario,
ſed de excommunicato minori excommunicatione,
patet per c. ſi celebrat. de cler. excom. miniſt. quod ipſe
allegat. Deinde dato, ſed non conceſſo, quod in expoſi-
tione d. c. ſicut, eius opinionis fuiſſet, illã poſtea
ſi celebr,

ſi celebrat, allegatis & à ſe in concilio Lugdunẽſi editis, duabus generalibus conſtitutionibus in ius canonicum relatis, correxit, quas ſuprà ſæpe allegaui, atque hæc ipſius ſententia, iam cõmunis, & recepta eſt, ſicut etiam pulchrè animaduerſum, & annotatum eſt ab Hoſtien. Io. Andr. & Panormitano[a]. Quantũ ad Durandi auctoritatem attinet, quia ipſe in loco allegato tantùm producit Papam, (Innocentium intelligens) ad d. c. ſicut: per prædicta ſufficienter reſponſum ad hoc arbitror. Atque illud etiam ad Archidiaconi auctoritatem reſpondendũ videtur, qui ſe refert ad Durandi locum præallegatum. Nihilominus expreſsè dicit ibi, Innocentium tenere; notorium fornicatorem celebrando fieri irregularem. Quinimo ipſe alibi[b] presbyterum fornicantem ſacrilegum, & inceſtum committere dicit. Quæ crimina cùm ab eodem[c] cenſeantur inter illa quæ etiam poſt pœnitentiam impediant ordinis executionem, conſequitur talem presbyterum celebrantem, ſaltem ante actam pœnitentiam, irregularem fieri. Nec admittendam puto excuſationem illorum, qui dicunt notorium fornicatorem celebrando non fieri irregularem, quia non per modũ ſententiæ, ſed enuntiatiuè dicitur à canone, quod ſit ſuſpenſus. Nam illos interrogatum velim, anne in ſupradictis canonibus per modũ ſententię declarentur, & pronuntientur notorij concubinarij & fornicatores ſuſpenſi, ſcilicet in c. decernimus. c. presbyter. diſt. 28. c. præter. diſt. 32. c. peruenit. diſt. 50. c. Maximianus. c. ſacerdos. c. ſi quis Epiſcopus. c. ſi quis modo. & c. ſi qui ſunt. diſt. 81. Deinde hoc in tribus poſterioribus canonibus iam allegatis obſeruandũ, ac notãdum videtur, fornicatores iſtos non tantùm pronuntiari ſuſpenſos ab officiis diuinis, ſed etiam ab ingreſſu eccleſiæ. Quibus verò interdictus eſt eccleſiæ ingreſſus, illi irregulares efficiuntur, ſi contra interdictum huiuſmodi, diuinis in eccleſia ſe ingerant, in ſuo agentes officio ſicut prius[d].

Quod quidam nitantur fornicationem & concubinatum defendere ſeu excuſare freti auctoritate D. Gregorij dicentis[e], ſine carnali iſtiuſmodi delicto paucos inueniri, profectò fruſtra, & ineptè. Licet enim difficile ſit continere, non tamen ideo minus eſt delictum, imò D. Grego-

a in d. c. ſicut. & c. veſtra. de cohabit. cler. et mul.

b in c. de his. diſt. 28. & in c. fin. 22. q. 1. idem tenet Nauar. in manu. conſ. cap. 16.

c in c. de his. 1. diſt. 50. et Specul. lib. 1. tit. de diſpẽſ. §. iuxta.

d tex. not. in c. is cui eſt. de ſent. excom. in 6. & ibi gloſſ. Io. And. Fran. & Io. Vaneq. Fede. cõſil. 120.

e in c. quia ſanctitas. diſt. 50.

Gregorius illud periurio à Petro commiſſo æquipa
dicẽs[a]: Quid grauius eſt, aut carnale delictum comm
tere, ſine quo pauci inueniuntur: aut Dei filium iu
rando negare? In quo verbo hunc ipſum beatum
Apoſtolorum principem lapſum eſſe cognouimus
poſt negationem inquit, pœnitentia ſecuta eſt: &
pœnitentiam miſericordia data eſt. Quem igitur
ſpicis delicta fletu delere, in conſpectu diuinitatis
dubites miſericordiam conſequi: quia ille pecc
reuerſum non deſpicit, qui peccatores ſanguine
dimere venit. Quæ D. Gregorij ſententia noſtris
poſitis planè conſonat. Et quamuis iſtud delictū
tinentiæ naturale ſit, (vt Gloſſographus ait[b]) m
excuſat. Non ergo illi, quos monemus cum D. Aug
no[c] agere pœnitentiam, quærāt ſibi comites
cia; nec gaudeant quia plures inueniāt ſibi ſimi
propterea non minus ardebunt, quia cum m
bunt. Imò, quoniam prædicta incontinentia
nunc nimis ab eccleſiaſticis frequentantur, ideo
omnium, ſaltem aliquorum maleficorum ſuppli
cerbanda ſunt; vt hi aliis exemplo ſint[d]. Friuola
illorum videtur nobis excuſatio; qui dicunt, q
noſtri temporis, quo non ſolùm merita, ſed etiam
pora defecerunt, non patiatur cenſuram antiquorum
nonum manere[e]. Siquidem c. fraternitatis, diſt. 34.
præfata obiectio ſeu excuſatio deſumpta eſt, Pelag
Papę tribuitur. Itaque cùm tantùm duo Pontifices
nominis fuerint, ſequitur alterutrius illorum fuiſſe.
ſterior verò è viuis deceſſit anno Dn. 590. Poſt
annum multa à diuerſis Pontificibus & concil
dierunt decreta, & canones ſuper eccleſiaſticorum
nicatione & incontinentia, quibus ſatis abunde
ternitatis, derogatum puto, quatenus fornicat
concubinariorum punitionem ſuprà à nobis
impediret. Aperti enim iuris eſt[f], poſteriores
cum & conciliorum conſtitutiones, ac canones
care, atque tollere priores contrarios, quamuis
ſeu poſterioribus non fiat mentio, quod ipſis prio
præcedentes reuocentur. Quia non eſt veriſimile
Papa, vel concilium voluerit nouum decretum

a epiſt. 53. lib. 7. & d. c. quia.

b n d. c. quia ſanctitas. alleg. l. ſi ſeruus. § ſi fornarius. ff. ad l. Aquil.
c in c. multi. in fin. 2. q. 1.

d l. aut facta. in fi. ff. de pœnis. Pan. in c. cùm nō. de pręſcript.
e c. fraternitatis. diſt. 34.

f c. 1. & ibi gloſſ. & dd. de conſtitut. in 6. c. 1. de cogna. ſpir. c. vaſa. de conſec. diſt. 1. gloſſ. not. in c. Domino. diſt. 80.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

norem eſſe fruſtraneum: quod eſſet, niſi canones poſteriores reuocarent, ac tollerent priores contrarios. Iure etiam ciuili vſitatum eſt[a], antiquiores leges ad poſteriores trahi: & ſemper quaſi hoc legibus ineſſe credi oportet, vt ad eas quoque perſonas & ad eas res pertineant, quæ quandoque ſimiles erunt. Imò & poſteriores leges ad priores referūtur; niſi cōtrariæ ſint[b]. Quod autem Iſidorus ſcribat[c]: Quotieſcunque in geſtis conciliorum diſcors ſententia inuenitur, illius concilij ſententia magis teneatur, cuius antiquior, & potioris ſit authoritas: Iſtud intelligendum eſt, de conſtitutionibus conciliorum prouincialiū ſeu ſynodalium non autem generalium: in quibus poſteriores, ſemper præiudicant prioribus[d]. Veruntamen locorum, & perſonarum ſingularium conſuetudinibus & ſtatutis (cùm ſint facti, & in facto conſiſtant) ſi ſint rationabilia, nec expreſſe reuocentur, non cenſetur derogatum per conſtitutiones nouiter editas[e].

a L. ideo. ff. de legib.

b l. ſed & ff. de legib.

c in epiſt. ad Maſſianū. et in c. domino diſt. 50. c. hoc ipſum §. in fine. 33. q. 2.

d gloſ. in d. c. domino.

e c. 1. & ibi gloſ. de conſtit. in 6.

Et hoc de pœnis concubinariorum, & fornicatorū dixiſſe ſufficiat. In quas, ne qui deinceps incidant, conſultiſſimum fuerit, ſecundū D. Gregorium[f], vt fornicationis ſpiritum, continentiæ, ac pudicitiæ virtute depellāt: carnis impetū abſtinentia, & humilitate refrenent: animam bonarum cogitationum honeſtate vndique exornent; exemplis ſanctorum Patrū illam cingant: doctrinis & præceptis ſacrarum ſcripturarum circundant; frequentes orationes Deo fundāt; operibus bonis & deuotioni ſe impendeant: & dum carnalia ſuggerūtur, ad aliquid aliud quod libidinis non ſit blandimētum, cogitationes ſuas dirigant; oculos ſuos diligenter cuſtodiant; & ab immundis ſemper auertant. Quia qui libenter immūda vident, ſtatim carnem ad amata concupiſcendo violenter mouent: quò libentius ac moroſius illa cogitant, quaſi carbones carbonibus, turpes turpioribus motus augent. Semel ſpecies formæ cordi per oculos illigata, non magni luctaminis manu ſoluitur. Ne ergo quædam illicita in cogitatione verſemus, prouidendum nobis eſt, quia intueri non decet, quod non licet concupiſci. Et vt munda mens in cogitatione ſeruetur, à laſciuia voluptatis ſuæ deprimendi ſunt oculi, quaſi quidam

f lib. 5. expoſit. in 1. Reg. cap. 4. & lib. 6. cap. 1. & 2.

*Aliud remediū contra fornicationis ſpiritum, & turpes cogitationes tradit Bernardus in tract. de interiori domo, cap. 20. quod ſæpè lege, & habetur ſupra hoc lib. c. 6.*

raptores ad culpam [a]. Nil autem ſic ad edomandum deſideriorum carnalium appetitum valet, quàm vt vnuſquiſque hoc quod viuum diligit, quale ſit mortuum penſet [b].

a Greg. lib. 21. moral. c. 2. et 3.
b Greg. lib. 16. moral. ca. vlt.

*Clericorum ſacro ordine initiatorum matrimonium contrahentium pœna.* CAP. XII.

ETſi ſupra ſatis demonſtratum eſt, clericos ſacris initiatos matrimonium contrahere non poſſe, tamen quia nunc in illam calamitatem deuenimus, vt non obſtantibus ſacris canonibus, multi ſacerdotes, diaconi vel ſubdiaconi matrimonium contraxerint, ad maiorem decretorum, & canonum contemptum: horum quoque pœnas olim à ſanctis Patribus decretas commemorare non pigebit. Calixtus autem Papa martyr presbyteris, diaconis, & ſubdiaconis matrimonia contrahere penitus interdixit [c], & contracta ab illis iubere diſiungi; & perſonas contrahentes ad pœnitentiam redigi iuxta ſacrorum canonum definitionem iudicauit; propterea, quòd huiuſmodi copulatio, quæ contra eccleſiaſticam regulam conſtat eſſe contracta, matrimonium non ſit [d]. Alexander verò tertius non modo huiuſmodi matrimonia diſſolui, verumetiam illas, cum quibus contraxiſſent, abiurari voluit, & à ſacrorum ordinum executione ſuſpendi, niſi ad monaſterium ire vellent, & ibi condignam pœnitentiam agere [e]. Innocentius ſecundus Papa decreuit; vt hi, qui in ordine ſubdiaconatus, & ſupra vxores duxerint, officio, atque eccleſiaſtico beneficio careant [f]. In concilio Neocæſarienſi ſtatutū eſt [g], quod presbyter, ſi vxorem duxerit, ab ordine deponi debeat; quod ſi fornicatus fuerit, vel adulterium commiſerit, extra eccleſiam pelli, & ad pœnitentiam inter laicos redigi oportere.

c c. presbyteris. diſt. 27.
d c. presbyteris. diſt. 27. et c. vt lex continenti. e. 27. q. 1.
e c. ex literarum, qui cler. vel voue. mat. cont. poſſ.
f c. decernimus diſt. 28.
g cap. 1. & c. presbyter. diſt. 28.

Verùm quia hi incontinentiam ſuam per auctoritatem parentum fere excuſant, dicentes, quod illi ad ſacrorum ordinum ſuſceptionem coacti ſint, vel ineunte ætate blanditijs pellecti, idcirco non malum, nec inconueniens foret, vt in obſeruationem reduceretur conſtitutio concilij Toletani ſecundi, cuius hæc ſunt verba [h]: De his, quos voluntas parentum à primis

*Excuſatio quorundam de ſua incontinentia.*

h cap. 1. & c. de his. diſt. 28.

fantiæ annis clericatus officio mācipauerit, id ſtatuimus obſeruandum, vt mox detonſi, vel miniſterio lectorum traditi, in domo eccleſiæ ſub epiſcopali præſentia à Præpoſito ſibi debeant erudiri. At vbi octauum decimum ætatis ſuæ compleuerint annum, coram totius cleri, plebiſque conſpectu voluntas eorum de expetendo coniugio ab Epiſcopo perſcrutetur: quibus ſi gratia caſtitatis Deo inſpirante placuerit, & promiſſionem caſtimoniæ ſuæ abſque coniugali neceſſitate ſeſe ſpoponderint ſeruaturos, hi tanquam appetitores arctiſſimæ viæ, leuiſſimo Domini iugo ſubdantur, ac primùm ſubdiaconi miniſterium habita probatione profeſſionis ſuæ à viceſimo anno [a] ſuſcipiant. Quod ſi inculpabiliter, ac inoffenſè 20. & 5. annum peregerint, ad diaconi officium ſi adimplere id poſſe ab Epiſcopo probantur) promoueri debent. Cauendum eſt tamen his, ne quando ſuæ ſponſionis immemores, aut ad terrenas nuptias, aut ad furtiuos concubitus vltro concurrant: quod ſi fortè fecerint, vt ſacrilegij rei ab eccleſia habeantur extranei. Quibus autem voluntas propria interrogationis tempore deſiderium nubendi perſuaſerit, cōceſſam ab Apoſtolo licentiam auferre non poſſumus [b], ita vt cùm prouectæ ætatis in coniugio poſiti renuntiaturos ſe pari conſenſu operibus carnis ſpoponderint, ad ſacros ordines aſpirent. Clemens verò quintus Papa in concilio Vienneſi [c]; clericos in ſacris ordinibus conſtitutos, diuino timore poſtpoſito in ſuarum periculum animarum matrimonia contrahentes, cupiens refrænare metu pœnæ ab huiuſmodi eorum temeritatis audacia, ipſos excommunicationis ſententiæ ipſo facto decreuit ſubiacere: Præcipiens eccleſiarum Prælatis, vt illos, quos eis conſtiterit taliter contraxiſſe, excommunicatos publicè tam diu nuntient, ſeu à ſuis ſubditis faciant nuntiari, donec ſuum humiliter recognoſcentes reatum, ſeparentur ab inuicem, & abſolutionis obtinere beneficium mereantur per prædicta; iuribus, quæ ſic contrahentibus alias pœnas imponunt in nullo volens derogari. Si qui verò clericorum infra ſubdiaconatum acceperint vxores, beneficia, ſi quæ habent, ipſo iure, & facto vacant, & ad ipſa relinquenda, ſi opus

*a nunc propter cōcilij Tridentini diſpoſitionem ſeſſ. 23. de refor. cap. 11. à viceſimo ſecūdo anno ſuſcipiunt.*

b 1. *Corinth.* 7.

c *clem. vnica, de conſang. & affin.*

*Beneficiatorū matrimonium contrahentium pœna.*

ſit, diſtrictione eccleſiaſtica compelluntur[a]. Sed ſi in ſubdiaconatu & alijs ſuperioribus ordinibus vxores accepiſſe noſcuntur, eas vxores dimittere, & pœnitentiam agere de commiſſo per ſuſpenſionis, & excommunicationis ſentētiam iure veteri pontificio compellendi quoque ſunt[b], cum iuramento quod eas v... ad ſe non recipient, neque admittent[c].

*Stuprum virgini profanæ, vel ſacræ, aut filiæ ſpiri... inferentium pœna.* CAP. XIII.

CVm eò prô dolor, multorum eccleſiaſtic... deuenerit impietas, & luxuria, vt non co... libidinem ſuam ſcortis explere, virgines... deflorare non formident, ſiue illæ ſacræ, ſiue pro... ſint, quæ illis debeatur pœna dicendum eſt. Q... indubitatum ſit, non minorem pœnam deber... ijs, qui virginem conſtuprauerint, quàm alijs ... toribus, de quibus abundè ſupra egimus, Illud ... ſingulariter de hoc crimine tradunt Doctores, q... clerici ſacris initiati virgini profanę vitium ob... præter depoſitionem, & vltra dotem, quam ... tenentur ſoluere, imponenda ſit illis pœna pecu... vel corporalis, vt ſcilicet fuſtibus cædantur[d].

Si verò virginem ſacram deflorauerint, ab ordine ſacro deponendi ſunt, & priuandi omnibus beneficijs, & detrudendi in arctum monaſterium, ... rem, ad agendam pœnitentiam iuxta perſonæ quali... tem, & delicti continuationem, & ſcandalum po... datum[e]. Siquidem in ſexta generali Synodo ... tum eſt: Si quis Epiſcopus, presbyter, diaconus ... ſubdiaconus, aut lector, aut pſalmiſta, aut ... cum muliere ſanctificata Deo mœchatus fuerit, ... natur[f]. Et cùm Deo conſecratarum fœmina... pora per votum propriæ ſponſionis, & verba ... tis, Deo conſecrata ſint templa, ideo violatores ... ſacrilegi, & iuxta Apoſtolum filij perditionis ... ſcuntur[g]. Vnde in concilio Tiburienſi[h]: Virgini... ſacris ſe quoſdam temerè ſociare cognouimus, ... catum Deo propoſitum, incæſta fœdera ſacrileg... miſcere, quos protinus æquum eſt à ſacra commu...

a c. 1. & ibi gl. ſ. Hoſt. Io. And. & Panor. de cler. cōiugat.
b d. c. 1. et ibi gloſſ. et DD. de cleric. cōiugat.
c c. 2. & ibi Panor. Qui cleri, vel vouētes, &c. & c. ſi quis ſacro. in fin. 27. q. 1.
d Panor. in c. at ſi clerici. de iudic. & in c. vt clericorum, de vit. & honeſt. cler. & in c. 2. de adult. et Paul. Grill. in tract. de pœn. et Diaz in pract. crim. cap. 77.
e c. ſi qua monacharum. c. ſi quis Epiſcopus. c. virgo. c. virginibus. 27. q. 1. Panor. in c. at ſi clerici. de iudic. et in c. penult. de purgat. can. et in c. monaſteria. c. vt clericorum. de vit. et hon. cler. hippol. in repetit. l. vnicæ. C. de rapt. virg. Grill. in tract. de pœnis. & Diaz in pract. crim. can. c. 75.
f c. ſi quis Epiſcopus. 27. q. 1.
g c. ſciendum. 27. q. 1.
h c. 23. et c. virginibus. 27. q. 1.

detrudi, & niſi per publicam, probatamque pœnitentiam omnino non recipi: ſed tamen his viaticum de ſæculo tranſeuntibus, ſi dignè pœnituerint, non negetur. Atque hoc ipſum eiſdem penè verbis prius à Gelaſio Papa conſtitutum fuiſſe ſic legitur [a]:

Si quis verò ſacro velamine conſecratam in coniugium duxerit, & poſt dicatum Deo propoſitum, inceſta fœdera ſacrilegaq; miſcuerit; protinus eſt a quum coetu ſacra communione detrudi: & niſi per publicam, probatamque pœnitentiam omnino non recipi. Si pœnituerint, tranſeuntibus de ſæculo viaticum non negetur. In Chalcedonenſi concilio ca. 17. hoc perpetrantes excommunicantur: confitentibus autem auctoritate Epiſcopi miſericordia largiatur. Item in epiſtola Syricii Papæ ca. 7: Velatæ & Deo conſecratæ, ſi abiecto propoſito ſanctitatis clanculò ſacrilega contagione ſe miſcuerint, & illicitis complexibus publicè, & liberè filios procreauerint; has nuptias deteſtabileſque perſonas, à monaſteriorum cætu, eccleſiarumque conuentibus eliminandas eſſe, iudicatum eſt, quatenus detruſæ ergaſtulis tantum facinus continua lamentatione deſleant. Vnde & verbo Domini, & canonica auctoritate in hac ſacra Synodo præcipimus, vt omninò ſeparentur, & iuramento colligentur, vt vlterius non ſub vno cohabitent tecto [b].

Iuſtinianus verò Imperator ſanxit [c]: Si quis rapuerit vel ſollicitauerit, vel corruperit monacham, vel aliam mulierem religioſam vitam, vel habitum habentem; bona ipſius, & eorum, qui huiuſmodi ſceleris communione contaminati ſunt, à religioſo loco vendicentur, in quo talis mulier habitabat, per religioſos Epiſcopos, & œconomos, & præſides prouinciarum, & officiales eorum: ipſi autem capitali periculo ſubijciantur. Mulier autem vbique inueſtigetur, & cum ſuis rebus monaſterio cautiori tradatur. Si autem diaconiſſa fuerit, legitimos habens filios, pars legitima liberis eius præbeatur. Hoc ipſum autem latius continetur & explicatur ab Imperatore Iuſtiniano in l. raptores virginum. C. de Epiſcopis & cler. & in l. vnica. C. de raptu virg. vbi tunc cauſam ponit iſtiuſmodi ſeueræ animaduer-

a *in conſtitut cap. 20. & c. ſi quis ſacro. 27. q. 1.*

b *c. ſi quis ſacro. 27. q. 1.*

c *in nouel. conſtit. 123. de ſanctiſſ. epiſcop. et c. ſi quis rapuerit. 27. q. 1.*

 ſionis;

*Cur virginum ſacrarum violatores grauius & ſeuerius alijs puniatur.*

ſionis; quòd non ſolùm crimen hoc ad iniuriam hominum, ſed etiam ad ipſius omnipotentis Dei irreuerentiam committitur, maximè cùm virginitas vel caſtitas corrupta reſtitui non poſſit. Tum etiam, quod nec ab homicidij crimine huiuſmodi raptores, & corruptores ſint vacui. Imperator verò Iouianus vtili & perpetua lege cauit [a]; vt ſi quis non dicam rapere, ſed attentare tantummodo iungendi cauſa matrimonij ſacratiſſimas virgines auſus fuerit, capitali ſententia feriatur.

*a l. ſi quis non c. de Epiſc. & cler.*

*Virginum ſacrarum violatores capite plectendi ſunt.*

Vnde & Alexander tertius ſtudioſe volens prouidere, ne ſacrarum virginum vlla à clericis tentaretur deſloratio, in concilio Lateranenſi ſtatuit & decreuit [b]: Monaſteria ſanctimonialium ſi quiſquam clericus ſine manifeſta, & rationabili cauſa frequentare præſumpſerit, per Epiſcopum arceatur: Et, ſi non deſtiterit, ab officio eccleſiaſtico reddatur immunis. Habet autem pœna huius conſtitutionis locum; etiamſi quis tantùm monaſteria huiuſmodi ſine manifeſta, & rationabili cauſa, vel ſaltem poſt admonitionem Epiſcopi acceſſerit [c]: idque propter ſuſpicionem grauem & inobedientiam, quòd monitioni Superioris non obedierit. Si verò de crimine incontinentiæ perpetrato conſtaret, longè grauior infligeretur pœna, vt ſupra dictum eſt, eo quòd tria in hoc alia concurrunt ſcelera; adulterium nimirum, quia cum ſponſa Chriſti commiſcetur, eamque violat: tum ſacrilegium, quia rem Deo conſecratam lædit: deinde inceſtus, quia conſanguineam ſpiritualem corrumpit [d]. Nam ſi ſacerdos vel ſolam hanc corruperit, vel fornicatus cum ea fuerit, & profana, ſeu laica ſit, ab omni officio deponatur, & peregrinando duodecim annos pœniteat, & poſtea ad monaſterium ire, ibique cunctis diebus vitæ ſuæ Deo ſeruire ſecundum Cæleſtini Papæ decretum [e].

*b in c. monaſteria. de vit. et honeſt. cler.*

*c Io. And. & Panor. in d. c. monaſteria & idem Panor. in c. tua nobis. in gloſ. 1. de appellation. & gloſſ. in §. fin. in authen. de defenſ. ciuit.*

*d gloſ. in c. virginibus. 27. q. 1. Panor. in d. c. monaſteria. & in ca. at ſi clerici. de iudic.*

*Pœna rem habētis cum filia ſua ſpirituali.*

*e c. pœnult. 30 q. 1.*

Et idem iudicium eſt de illo, qui cognouerit, ſeu rem habuerit cum illa, cuius confeſſionem audiuit. Nam omnes, quos in pœnitentia ſuſcipimus, ita noſtri ſunt ſpirituales filij, ſicut ipſi, quos in baptiſmate [f]: & proinde ſic pœnitere debet, quomodo de filia ſua

*f c. omnes. 30. q. 1.*

tuſ; ita vt non ſolùm dignitatis honorem amittat, & deponatur, verùm etiam vſque ad exitum vitæ ſuæ, vel ſaltem annos duodecim continuam pœnitentiam agat[a]. Parem quoque ſubiturus eſt pœnam, qui ſe commiſcuerit cum filia ſpirituali ex ſacramento confirmationis[b]. Nam prædicta conſtitutio Cæleſtini Papæ generatim, & indiſtinctè loquitur de filia ſpirituali. Quia ex ſacramento confirmationis talis contrahitur cognatio ſpiritualis, qualis ex baptiſmo[c]. D. Gregorius in ſuis dialogis commemorat[d], quomodo quidam grauiter, & terribiliter admodum punitus à Deo fuerit, quòd filiam ſuam ſpiritualem conſtuprâſſet.

Cæterum, quia publicum, & notorium ſatis eſt, non modo clericos ſacris initiatos, ſed & monachos, & moniales ſeu virgines ſacras contra vota ſuæ profeſſionis, & ſacros canones abiecto propoſito ſanctitatis, inceſta fœdera, ſacrilegaſque copulationes, non vera connubia ad explendam carnis ſuæ libidinem contraxiſſe, & adhuc in diœceſibus diuerſorum Epiſcoporum catholicæ ſuæ Maieſt. ſubiectis hærere, & habitare: non inconſultum foret, vt publico edicto illis declararetur, & pronuntiaretur, iſtiuſmodi eorum conſortia non eſſe vera, neque legitima matrimonia, ſed illicitas, profanas, ſacrilegas, atque incæſtuoſas eſſe copulationes, & nuſquam tolerandas: & anathematis eos omnes, qui ita contraxerunt, eſſe innexos, prolemque inde ſuſceptas illegitimas eſſe, nec aliter quàm ſpurios, & nothas habendas, ac proinde hæreditario nomine parentibus ſuis neque in mobilibus, neque in immobilibus ſuccedere poſſe, aut debere; ſicut in prouinciali concilio Treuirenſi celebrato anno 1548. & Colonienſi celebrato anno 1549. dum clerus Germaniæ reformaretur ſub Carolo V. Imperatore, declaratum, & pronuntiatum fuit. Quia vt D. Auguſtinus inquit[e], lapſus, & ruinæ à caſtitate ſanctiore, quæ vouetur Deo, adulterijs ſunt peiores. Si enim (quod nullo modo dubitandum eſt,) ad offenſionem Chriſti pertinet, cùm membrum eius fidem nō ſeruat marito, quanto grauius offenditur ipſe Deus, cùm illi ipſi non

a d. c. omnes, et c. fin. 30. q. 1.
b Panor. in c. fin. de purgat. can. Felin. in c. at ſi clerici. de iudic. & ibid. Decius.
c c. 1. de cognat. ſpir. in 6.
d lib. 4. cap. 32. & Iuo par. 9. decret. cap. 58. et Burchar. lib. 17. decret. cap. 47.
e cap. 8. de bono vidu. & c. nuptiarum. 27. q. 1.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſeruatur fides, in eo quod exigit oblatum, quod non exegerat offerendum. Cùm enim quiſque non reddit quod non imperio compulſus, ſed conſilio commonitus vouit, tantò magis fraudati voti auget iniquitatem, quantò minus habuit vouendi neceſſitatem. Deinde continentia expetita, & electa, & voto debito obligata iam non ſolùm capeſſere nuptias, ſed etiam ſi non nubant, nubere tamen velle, damnabile eſt. Nam, vt demonſtraret Apoſtolus, ait[a]: Non cùm in deliciis egerint, nubunt in Chriſto, ſed nubere volunt, habentes, inquit, damnationem, quoniam primam fidem irritam fecerunt.

a 1. Corinth. 7.

Quare omnes ſupradicti eccleſiaſtici, monachi & ſanctimoniales monendi, & requirendi ſunt, eiſque mandandum, & præcipiendum; vt ſalutis ſuæ, de qua periclitantur, memores, relictis falſis coniugiis, & concubinis, poſtpoſitiſque negotijs, quibus ſe implicuerunt: & alios omnes ſimul requirendo, qui communione ſchiſmatica, aut prauorum dogmatum errore per hanc tempeſtatem ſe ab vnitate Eccleſiæ catholicæ Romanæ, extra quam non eſt ſalus, ſeparauerunt, hæreſi ſchiſmateque omni abiurato, abſolutionem, & reconciliationem à Sede Apoſtolica, vel eis quibus id muneris delegatum eſt, petant, ſtudeantque deinceps in vnitate communionis, & fidei, cum Eccleſia ſancta catholica Romana ſecundum priorem ſuam vocationem, & ſtatum permanere. Sed cauendum ne tales ab hæreticis, vel ſchiſmaticis ad Eccleſiam reuertentes, ſe miniſterijs diuinis ſtatim ingerant, & ſacrificent, aut populo ſacramenta adminiſtrent, etiamſi id, non more hæreticorum, aut ſchiſmaticorum, ſed ſecundum Eccleſiæ catholicæ ritum facere velint, priuſquam abſoluti, Eccleſiæ reconciliati, & officijs, ac miniſterijs ſuis priſtinis, irregularitate ſublata, reſtituti: ne damnationem grauiorem incurrant, propter irregularitatis impedimentum, quo tenentur per ſacros canones illaqueati.

*Adulterij pœnæ.* CAP. XIIII.

DEus deſcribens Moyſi [a], quales ſuos vellet eſſe ſacerdotes: ſancti, inquit, erunt Deo ſuo; & non polluent nomen eius. Incenſum enim Domini, & panes Dei ſui offerunt, & ideo ſancti erunt. Omnis, qui habuerit maculam de ſemine Aaron ſacerdotis, non accedet offerre hoſtias Domino, nec panes Deo ſuo, qui contaminare non debet ſanctuarium meum. Qui autem adulter eſt, vt ſapientiſſimus ille Salomon filium ſuum erudiens, inquit [b], propter cordis inopiam perdet animam ſuam: Turpitudinem, & ignominiam congregat ſibi, & opprobrium illius non delebitur, quia zelus, & furor viri non parcet in die vindictæ, nec acquieſcet cuiuſquam precibus, nec ſuſcipiet pro redemptione dona plurima. Quapropter Dominus præſcribens filijs Iſraël præcepta, & iudicia: Si dormierit, inquit, vir cum vxore alterius, morte morietur, id eſt, adulter, & adultera, & auferes malum de Iſraël [c]. Filij autem adulterorum abominatio ſunt Deo, & in conſummatione erũt, & ab iniquo thoro ſemen exterminabitur. Et ſiquidem longæ vitæ erunt, in nihilum computabuntur, & ſine honore erit nouiſſima ſenectus eorum. Et, ſi celerius defuncti fuerint, non habebunt ſpem, nec in die agnitionis allocutionem, ſeu ſolatium. Nationes enim iniquæ diræ ſunt conſummationis [d]. Atque hæc eſt pœna, quam Deus contra adulteros in veteri teſtamento promulgauit.

Chriſtus verò à diſcipulis ſuis, & in ſe credituris maiorem requirens vitæ ſanctimoniã, & innocentiam: Audiſtis, inquit [e], quia dictum eſt antiquis: non mœchaberis: Ego autem dico vobis, quia omnis, qui viderit mulierem ad concupiſcendam eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo [f]. Et D. Paulus Corinthijs ſcribẽs [g]: An neſcitis, inquit, quia iniqui regnum Dei non poſſidebunt? Nolite errare, neque fornicarij, neque adulteri, neque molles, neque maſculorum concubitores regnum Dei poſſidebunt: ſed pars eorum erit in ſtagno ardenti igne & ſulphure [h]. Vnde B. Clemens Papa martyr, Petri diſcipulus ad Iacobũ fratrem Domini ſcribens [i], cùm certa quædam præcepta regẽdi eccleſiam dediſ-

a Leuit. 21. cap.

b Prouerb. 6. cap.

*Pœna in veteri teſtamento contra adulteros decreta.*

c Deuter. 22. cap. & Leuit. 20. cap.

d Sapiẽt. 3. cap.

e Matth. 5. ca.

f c. ſi cui. de pœnit. diſt. 1. & Iuo 8. par. decret. cap. 104.

g epiſt. 1. cap. 6. & c. qualis. 30. q. 5.

h Apoc. Ioan. cap. 20.

i Clem. epiſt. 1. ad Iacob.

 dediſ-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dediſſet: Et ad te quidem, inquit, qui præes, illa ſunt monita, & his ſimilia. Ad presbyteros verò ſimiliter: Ante omnia, vt pudicitiæ ſtudentes, adoleſcentes nuptijs iungant, quò calorem feruentis ætatis coniugij lege præueniant. Sed ne in prouectioribus quidem curam habere huiuſmodi negligant, quia in multis etiam cùm ſenuerit corpus, concupiſcentia viget. Noſtre ergo fornicationis labes (occaſione accepta) tanquam venenum peſſimum ſerpat in vobis cauere, & præmunire neceſſarium eſt, ne quod in vobis, adulterij flatum caleſcat incendium. Et quid in omnibus peccatis adulterio grauius? Secundum namque in pœnis obtinet locum, quoniam quidem primum illi habent, qui aerrãt à Deo etiamſi ſobrij vixerint [a]. Propter quod vos, ô presbyteri, eccleſiam excolite, & adornate ſponſam Chriſti ad pudicitiam. Sponſam autem dicimus eccleſiæ congregationem, quæ ſi pudica inuenta fuerit, à ſponſo ſuo ingentibus ab eo donis, & muneribus honorabitur, & vos velut miniſtri ſponſæ, & amici ſponſi ingenti gaudio, & lætitia perfruemini. Si verò ipſa hæc reperta fuerit commaculata peccatis, ipſa quidem tanquam indigna non tradetur regalibus nuptijs, vos autem pœnas dabitis, ſi fortè per veſtram negligentiam, vel deſidiam obrepſerit contagio ſæui peccati. Idcirco ante omnia ſobrietatis, & pudicitiæ ſollicitudinem gerite. Valde enim apud Deum graue crimen ducitur fornicatio, cuius ſpecies ſunt quidem plures: veruntamen prima ſpecies adulterij eſt; virum propria vxore ſolummodo non eſſe contentum, & mulierem non proprio tantùm ſeruare ſe viro. Si ergo caſtus fuerit quis, poteſt & humanus, & miſericors fieri, ut quod & ipſe æternam à Deo miſericordiam conſequatur. Sanè ſicut adulterij venenum cunctis malis perniciosius eſt, ita amor fraternus, & charitas omnis boni faſtigium tenet. Et ideo diligite omnes fratres veſtros, & cum religione, ac miſericordia utimini ad omnes.

*Fornicatio venenum peſſimum.*

*In omnibus peccatis adulterio nihil eſt grauius.*

a *c. quod in omnibus* 32. *q.* 7. *Iuo* 8. *par. decret. cap.* 99.

*Presbyteri ſobrietatis, & pudicitiæ ante omnia curam gerant.*

Conſtantinus verò Imperator animaduertens hoc adulterij ſcelus adeò eſſe graue, ac ipſa natura deteſtabile, in primiſque ſocietati humanæ, & præſertim Chri-

ſtuprum vitioſum[a], quodque illius iniuria (qua perſonis afferri nulla poteſt grauior[b]) non modo maritum eiuſque totam familiam conſpurcet, ſed etiam adulteri, adulteræque gentem dedecoret, atque euertat[c], perpetua lege ſanxit[d]; adulteros tanquam ſacrilegos nuptiarum violatores, gladio puniri oportere. Et licet in alijs criminibus publicis, quæ ſanguinis pœnam ingerunt, tranſigere quis, vel paciſci poſſit, de adulterio verò non poteſt[e]: Sed vtinam hæc lex iam diu diligenter & rigoroſe obſeruata fuiſſet, non tanta nunc Dei ſentiremus flagella.

Quoad arcendum, & profligandum turpe hoc & abominandum crimē ab ordine eccleſiaſtico iure pontificio conſtitutum, & receptum eſt; vt clericus adulter deponatur ab officio, & in monaſterium toto tempore vitæ ſuæ detrudatur, vel carceri includatur[f]. Cæterum, quia iure ciuili permittitur[g], vt ſi quis ei, quem ſuſpectum habet de ſua vxore ter in ſcriptis denuntiauerit ſub præſentia trium teſtium fide dignorum, & poſt inuenerit eum conuenientem vxori ſuæ in domo ſua, vel vxoris, vel adulteri, vel in popinis, aut in ſuburbanis, ſine periculo eum perimat. Si alibi inuenerit, tribus teſtibus conuocatis tradat eum iudici, qui nulla alia ratione quæſita habet puniendi licentiam. Si tamen in ſacro oratorio colloqui inueniantur, poſt tres, vt dictum eſt, denuntiationes; licet marito vtraſque perſonas defenſori Eccleſiæ tradere, aut alijs clericis, vt ad eorum periculum diuiſim ſeruentur, donec iudex cognoſcens hoc, mittat Epiſcopo ciuitatis, quatenus ei iſti tradantur, vt debeant ſubire tormentum, vt nuntietur per eum ad Præſidem prouinciæ, qui ſecundum leges pœnam imponat legitimam. Quare vehementer cauendum eſt omnibus clericis, ne nimiam cum mulieribus ſuſpectis familiaritatem ineant: Nam & canones permittunt[h]; vt ſi quiſquam ſacerdotum, id eſt, presbyter, diaconus, ſubdiaconus, de quacumque fœmina crimine fornicationis ſuſpectus poſt primam, ſecundam & tertiam admonitionem inueniatur ſolari, & aliquo modo conuerſari cum ea,

excom-

a c. quid in omnibus. 32. q. 7. c. 1. diſt. 81. c. vt clericorum. de vit. & hon. cler. l. probrū. ff. de verb. ſignif. authen. de nup. Lactāt. de ira Dei, cap. 22. & de falſa rel. lib. 1. c. 10.

b l. codicillis. §. matre. et ibi Bald. & alii. ff. de legat. 2.

c Philo in lib. de decē præcep.

d l. quamuis. C. ad leg. Iul. de adult.

e l. tranſige. C. de tranſaction.

f c. ſi quis clericus. diſt. 81. gloſ. in c. lator. 2. q. 7. et ibid. Archid. Panor. & alij. in c. vt clericorū. de vit. & hon. cleric. & in c. peruenit. de adulter. Hoſtiē. in Sum. de adulter. §. quæ pœna ſit imponē. Panor. in c. tuæ. de pœnis.

g authen. ſi quis ei. C. ad leg. Iul. de adult. Iuo par. 8. decret. cap. 111. & 112.

h c. ſi quiſquā de cohab. cler. & mul.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

excommunicationi ſubdatur, fœmina verò canonicè iudicetur. Nec ille compellendus eſt ad Sedem Apoſtolicam venire, qui in clericum cum vxore, matre, ſorore, vel filia propria turpiter inuentum manus miſerit violentas[a].

a c. ſi verò, de ſent. excom.

Etenim inter omnia fœdera humana nullum fœdus eſt firmius, nullum Deo gratius, nullum denique ad conciliandam amicitiam, & ad ſocietatem humanam tuendam commodius, & magis neceſſarium, quàm nodus thori connubialis. Hoc enim illud eſt, quod Deus in paradiſo inter Adam, & Euam conſtituit[b]. Quam ob rem relinquet homo patrem ſuum, & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna. Eiuſque inſtitutionem Chriſtus commendauit interrogatus à Phariſæis, ſi liceret homini dimittere vxorem ſuam, quacumque ex cauſa: Non legiſtis, inquit[c], quia qui fecit hominem ab initio, maſculum & fœminam fecit eos? & dixit; propter hoc dimittet homo patrem, & matrē, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna? Itaque iam non ſunt duo, ſed vna caro. Quod ergo Deus coniunxit, homo non ſeparet. Dicunt illi: Quid ergo Moyſes mandauit dari libellum repudij, & dimittere? Ait illis: Quoniam Moyſes ad duritiam cordis veſtri permiſit vobis dimittere vxores veſtras; ab initio autem non fuit ſic. Dico autem vobis, quia quicumque dimiſerit vxorem ſuam, niſi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur. Vnde ſor-… euidenter quàm graue, & abominandum flagitium, per quod connubiale illud fœdus à Deo coniunctum, & inſolubile, Deus ſolui permiſerit, & adulteros durissima, & turpiſſima morte ſacra lege occidēdos eſſe mandauerit, atque hanc Domini ſententiam poſtea Chriſtiana religione legum comprobauit auctoritas, vt ſupra à nobis demonſtratum eſt.

b Geneſ. 2. cap.

c Matth. 19. cap & c. 1. 35. q. 10.

Et licet multò maioris opprobrij ſit, qui poſt Euangelium, quàm qui ſub lege veteris teſtamenti fornicatur, & adulterium committit, quia illius … membra Chriſti, facit membra meretricis, & illum non ſolùm reum ſtupri arguit, ſed ſacrilegij ſcelere … condemnat[d]. Hoc tamen tempore infœliciſſimo

d Orig. in 5. cap. Ioſue hom. 9. et Iuo 8. par. decret. cap. 310.

Dambouderius in praxi ſua criminali[a] deplorat, apud quoſdam iudices tam parui fiunt adulteria, vt quaſi panamq; in ipſis inſit ſceleris, & quaſi peccata ſint leuiuſcula ob hoc, quod ſunt frequẽtia, & à multis citra conſcientiæ ſtimulum perpetrata, & hinc fit, vt vitia, quæ ſeueriſſimam merentur punitionem, neglecta, & quaſi impunita relinquantur, cùm tamen Deus ea ſeueriſſimè puniat, & punienda eſſe decreuerit, atque ſanxerit. Adeo, vt niſi per acerbam punitionẽ populus ab adulteriis ſe coerceat, Deus ſinet nobis euenire diſcordias, bella, ſchiſmata, peſtes, aliaque morborum genera infinita. Quæ omnia hoc tempore nobis eueniſſè, noſtris oculis vidimus, & corpore ſenſimus. Si Deo optimo maximo ita viſum fuiſſet, vt ſuam vltionem tuliſſet etiam in ſceleratos, & in huiuſmodi adulteria diſſimulantes iudices; qui ſua negligentia dictorum malorum ſunt authores; & non in communem, & inculpatam plebeculam, æquius & vigilantius per acres punitiones, adulterorum frequentiam compeſcerent. At enim, vt Sapiens inquit[b], quia non profertur citò contra malos ſententia, abſque timore vllo filij hominũ perpetrant mala. Curent igitur iudices, poteſtatem ſuam à Deo habentes, vt quæ lex diuina pariter, & humana iubent, totis viribus adimpleant, neque diuina ipſis commiſſa poteſtate, & auctoritate abutantur in ſuam, ſuorumque ſubditorum perniciem, & damnationem æternam; eo. ſemperque oculis & menti perpetuò obuerſetur inſigne illud dictum Stratoclis: Ignoſcendo nocentibus, innocentium ſalutem cuſtodire nõ poſſe. Et illud Licurgi[c]: Nocentium remiſſione, improborum ſtudia ad peccandum excitari.

a cap. 89.

*Cur adulteria nunc cenſeantur peccata leuia.*

*Hæc prophetia iam adimpleri videtur.*

b Eccleſ. 8. ca.

c Damboud. in praxi crimin. cap. 150.

## *Quid inceſtus, eiusq; pœna.* CAP. XV.

Qvemadmodum verò adulterij malum vincit fornicationem, ſecũdum Auguſtinum; ita adulterium vincitur ab inceſtu[d]. Eſt autem inceſtus conſanguineorum, vel affinium abuſus[e]; vt ſi quis relictam fratris (quæ penè prius ſoror extiterat) carnali commixtione polluerit; ſi quis frater germanam vxorem acceperit; ſi quis nouercã duxerit; ſi quis conſobrinæ, ſobri-

d c. adulterij. 32. q. 7.

e c. lex illa, 36. q. 1.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſobrinæque ſe ſociauerit; ſi quis relictæ, vel filię a…
li miſceatur, aut patrui filiæ aut priuignæ ſuæ, aut…
ex propria conſanguinitate aliquam, aut quam con…
guineus habuerit, vel concubitu polluerit, aut …
rem duxerit, inceſtum commiſiſſe non dubita…
Quiſquis autem huiuſmodi inceſtu ſe contami…
is iure ciuili [b], & diuino (vt habetur Leuit. 20 …
capitaliter puniendus eſt, ſed diuerſimodè. …
nefandiſſimo inceſtu cognouit matrem, ſoro…
ptem, aut filiam, is multo ſeuerius puniendus …
alij; nempe morte publica, & infami, & omni…
teſtabili, vt eius exemplo terreātur cæteri [c]. Qu…
iuris Pōtificij axioma ſit, quod clericus, cuius …
iure ciuili puniretur pœna mortis, deponi deber…
canonico, & damnari ad perpetuum carcerem …
quitur clericum, qui inceſtum commiſit, depo…
& ad perpetuum carcerem damnandum eſſe, …
ctum monaſterium à ſuis ordinibus degradatū …
tentiam peragendam detrudēdum [e]. Nam Cal…
pa Epiſcopis Galliæ ſcribens [f]: Coniunctiones …
conſanguineorū fieri prohibete, quia has & diui…
prohibent leges. Leges verò diuinæ, & hac …
eos, qui ex ijs prodeunt non ſolùm eijciunt, ſed …
ledictos appellāt; & omnes inceſti macula pol…
mes ſunt. Et non ſolùm hi reijciendi ſunt, & …
efficiuntur, ſed etiam omnes eis cōſentientes. …
ſæculi leges interficiūt; ſed nos præeunte mi…
ſub infamiæ nota ad pœnitentiā recipimus. Ipſam …
que infamiam delere nō poſſumus, quia ſunt a …
animas eorum per pœnitentiam publicam, & …
ſatisfactionem ſanare cupimus, quia manifeſta …
non ſunt occulta correctione purgāda. Nam …
Eccleſia mundanis nunquam conſtringitur leg…
habet gladium, niſi ſpiritualem, quo non oc…
viuificat [g]. Cum his tamen, qui incæſta pol…
cōmaculant, ex decreto concilij Ilerdenſis, ne…
ſumere vlli Chriſtianorum, (ſicut iuſſit Apoſt…
oportet [i], nec inter fideles Chriſtianos, ſed inter …
tiles, aut catechumenos habēdi ſunt, id eſt, vt in …

a c. de inceſtis. 35. q. 2. & 3. Iuo 9. par. decret. cap. 25.
b l. ſi adulteriū cū inceſt. ff. ad legem Iuliā de adult. coër.
c Damhoud. in prax. rer. crim. cap. 94. per l ſi adulterium cum inceſtu. & ibi Bart. Ange. et Albert. ff. ad leg. Iul. de adult. Lanciłot. de offic. prætor. in cauſ. crim. tit. de inceſtuo.
d Panor. in c. tuæ. de pœni. & in c. penult. de hæreticis. Felin. in c. qualiter 2. §. coërcendos. de accuſat. Ber. Diaz in pract. crim. cap. 127.
e c. tuæ. de pœnis. et ibid. Panor. nu. 4. ca. penul. de hære. Felin. in c. qualiter. 2. §. ad corrigēdos. de accuſat. Diaz in pract crim. cā. cap. 127.
Peccata manifeſta non ſunt occulta correctione purgāda
f epiſt. 2. et Iuo par. 9. decret. cap. 22. et c. 21.
g c. inter hæc. 33. q. 2. Iuo par. 8. decret. c. 124.
h 1. Corinth. 5.
i Iuo. 9. par. decret. cap. 29. c. de his qui. 35. q. 2. & 3.

Agathenſi[a], & Aurelianenſi[b] declaratum fuit, cum Chriſtianis non ſumant potum, nec cibum, ſed ſoli hoc faciant, non oſculentur, aut ſalutentur ab eis. Si verò ſuis ſacerdotibus inobedientes extiterint, & à tam nefando ſcelere ſe ſegregare, atque ad publicam pœnitentiam redire noluerint, inter eos habeantur, qui ſpiritu predicantur immundo, vel etiam inter eos, de quibus per ſe veritas ait[c]: Si te non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus, & tum anathematiſentur[d]. Et quia olim his imponi ſolet eadem pœnitentia, quæ parricidis vel fratricidis vel conſanguineis, necnon qui ſponte per fraudem, & auaritiam hominem innocentem iugulaſſent; facilè hinc colligere licet, quàm graue, & execrandum hoc flagitium reputatum tunc fuerit[e].

*Contra naturam luxuriantium pœna.* CAP. XVI.

Flagitia, quæ ſunt contra naturam, vbique & ſemper, vt D. Auguſtinus cenſet[f], repudianda, atque punienda ſunt. Qualia Sodomitarum fuerunt, quæ ſi omnes gentes facerent, eodem criminis reatu diuina lege tenerentur. Quæ non ſic fecit homines, vt ſe illo vterentur modo. Violatur quippe ipſa ſocietas, quæ cum Deo nobis eſſe debet; cùm eadem natura, cuius ipſe auctor eſt, libidinis peruerſitate polluitur. Adulterij malum vincit fornicationem, vincitur autem ab inceſtu: peius eſt enim cum matre, quam cum aliena vxore concumbere: ſed omnium horum eſt peſſimum, vt idem D. Auguſtinus pronuntiauit[g], quod contra naturam fit: vt ſi vir membro mulieris non ad hoc conceſſo voluerit vti. Vſus enim naturalis, ſi vltra modum prolabitur, in vxore quidem veniale peccatum eſt, in meretrice damnabile. Sed iſtud quod contra naturam eſt, execrabiliter fit in meretrice, ſed execrabilius in vxore. Tantum enim valet ordinatio creatoris, & ordo creaturæ, vt in rebus ad vtendum conceſſis, cũ modus exceditur, longè tolerabilius fit, quàm in eis, quæ conceſſa non ſunt, vel vnus, vel rarus exceſſus. Hinc & D. Hieronymus[h]: Vſus, inquit, naturalis & licitus eſt, ſicut in coniugio; & illicitus, ſicut in adulterio.

Contra

a *cap. 61. et c. de inceſtis. 35. q. 2. & 3.*
b *cap. 20.*
c *Matth. 18.*
d *cap. de inceſtis, 35. q. 2. et c. inceſtu. ſi 35. q. 8. Iuo. 9. par. decret. cap. 40. & 41.*
e *Iuo 9. par decret. cap. 70. et Burchar. lib. 17 decret, cap. 8.*
f *lib. 3. cõfeſſ. cap. 8. & ca. flagitia. 32. q. 7. et Iuo 9. par. decret. ca. 105.*
g *in lib. de adulter. cõiugib. & c. adulterij. 32. q. 7. Iuo. 9. par. decret. cap. 110.*
h *Lib. 1. cõtra Iouin. & cap. vſus 32. q. 7. et Iuo lib. 9. decret. cap. 106.*

Contra naturam verò ſemper illicitus, & proculdubi

*a Rom.1.1.Corinth.6.*

flagitioſior atque turpior, quem S. Apoſtolus a & i
maſculis, & in fœminis arguebat, damnabiliorem v
lens intelligi, quàm ſi in vſu naturali, vel adulterand
vel fornicando peccarent.

Huic autem flagitio nunquam ſatis execrãdo ob
xij ſunt, qui diuinam, imò & naturalem legem
uitico ſcriptam violare non verentur, quæ b

*b Leuit.18 & 20. cap.*

*Peccatũ contra naturam morte puniendum.*

Cum maſculo non commiſcearis coitu fœmine
abominatio eſt. Qui autem dormierit cum m
coitu fœmineo, vterque operatus eſt nefas; mo
riantur; ſit ſanguis eorum ſuper eos. Cum om
re nõ cubes, nec maculaberis cum eo. Qui cum
to, & pecore coierit, morte moriatur. Pecus
occidite. Quantoperè autem Deus huiuſmod
execretur, & abominetur, & quàm grauiter
Sodomitis olim, & locis vicinis vltus ſit,
angeli, quos Loth hoſpitio ſuſceperat in Sodo
centes c: Delebimus locũ iſtum eò quòd incre

*c Geneſ.19.*

mor eorum coram Domino, qui miſit nos,
mus illos. Pluit autem Dominus ſuper Sodo
Gomorrham ſulphur, & ignem de cælo, &
ciuitates has, & omnem circa regionem, vniu
bitatores vrbium, & cuncta terræ virentia d.

*d Geneſ. cap. 19.*

*e epiſt.2.cap.2.*

D. Petrus e: Deus ciuitates Sodomorum, & Gom
rhæorum in cinerem redigens euerſione dam
exemplum eorum, qui impiè acturi ſunt, po
iuſtum Loth oppreſſum à nefandorum iniuria,
rioſa conuerſatione eripuit; aſpectu enim & aud
ſtus erat habitans apud eos, qui de die in diem
iuſtam iniquis operibus cruciabant. Nouit D
pios de tentatione eripere; iniquos verò in diem
reſeruare cruciãdos; magis autem eos, qui po
in concupiſcentia immunditiæ ambulant. C
gatur & illud Iudæ Apoſtoli f. Sicut Sodoma,

*f in epiſt. ſua cath. & Deuter.29. cap.*

morrha, & finitimæ ciuitates ſimili modo e
tæ, & abeuntes poſt carnem alteram, factæ ſun
plum, ignis æterni pœnam ſuſtinentes.

Deinde hæc flagitia vehementer admodum D.
lus redarguit in gentibus. Nam Corinthijs ſcribe

*g epiſt.1.cap.6.*

An neſcitis, inquit, quia iniqui regnum Dei non poſſidebunt? Nolite errare; neque fornicarij, neque adulteri, neque molles, neque maſculorum concubitores regnum Dei poſſidebunt. Et ad Timotheum [a]: Scimus quia bona eſt lex, ſi quis ea legitimè vtatur; ſciẽtes hoc, quia lex iuſto non eſt poſita, ſed iniuſtis, & non ſubditis, impijs, & peccatoribus, ſceleratis, & contaminatis, fornicarijs, maſculorum cõcubitoribus; & ſi quid aliud ſanæ doctrinæ aduerſatur. Quæ autem lex diuina poſita ſit maſculorum concubitoribus, ſupra dictum eſt. Nunc quam eidem Imperatores ſtatuerint, dicemus.

a epiſt. 1. cap. 1.

Inprimis Conſtantius, & Conſtans hanc contra illos promulgarunt legem [b]: Cùm vir nubit in fœminam viris porrecturam, quid cupiatur, vbi ſexus perdidit locum, vbi ſcelus eſt, id quod non proficit, ſcire; vbi Venus mutatur in alteram formam? vbi amor quæritur, nec videtur? Iubemus inſurgere leges, armari iura gladio vltore, vt exquiſitis pœnis ſubdantur infames, qui ſunt, vel futuri ſunt rei. Anne his ſuis exclamationibus ſufficienter declararunt, quantoperè execrati, & abominati ſint huiuſmodi ſcelera? Imperator verò Iuſtinianus hanc contra eoſdem ſanxit legem [c]: Omnibus iam hominibus, qui rectè ſapiunt manifeſtum eſſe putamus, in nullam nos rem æquè conferre ſtudia, aut perinde aliquid in votis habere, quàm vt qui fidei noſtræ à Domino Deo crediti ſunt, honeſtè viuant, & eius beneuolentiam demereantur; præſertim cùm Dei erga hominum amor non interitum, ſed conuerſionem, & ſalutem velit, & eos, qui alicui offenderunt, Deus, ſimulatque corriguntur, & in viam redeunt, ſuſcipiat. Qua etiam de re omnes cohortamur, vt Dei timorem in animo concipiant, & eius implorent benignitatem: & ſcimus, quod qui Deum diligunt, quique eius præſtolantur miſericordiam, hoc agant. Quia verò diabolica quadam inſtigatione detenti grauioribus ſe ipſos luxurijs commiſcent, & ipſi naturæ cõtraria faciunt, adhortamur illos, vt Dei timorem, & futurum iudicium in animo concipiant, & eiuſmodi diabolicis, & illicitis luxurijs abſtineant, ne per tam impia facinora à iuſta Dei ira, vel vrbes cum ſuis incolis peſſum ire inueniantur.

b l. cùm vir. C. ad leg. Iul. de adult.

c Authen. vt qui contra natur. luxur.

*Dei clementia & miſericordia erga peccatores.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*a Geneſ.19.ca. Deuter.29.2.epiſt.Petri.2.ca.*

Per ſanctas enim ſcripturas edocemur[a], quod ob tam impia facinora etiam vrbes vnà cum hominibus perierint. Propterea igitur omnes huiuſmodi cohortamur, vt præfatis delictis abſtineant, & Dei timorem in animum ſumant, & eos, qui honeſtè vitam tranſigunt, imitentur. Propter huiuſmodi enim delicta, & fames, & terræmotus, & peſtilentiæ oboriuntur. Atque genus hominū propterea, vt memoratis illicitis actionibus abſtineant, admonemus, ne ſuas ipſorum animas conijciant in interitum. Nam ſi poſt hanc noſtram monitionem eiſdem inhærere delictis aliqui deprehendantur, principio quidē indignos ſe præbebunt Dei & hominum amore, deinde legitimas etiam ſuſtinebunt pœnas. Dedimus etiam glorioſiſſimæ Regiæ huius vrbis Præfecto negotium, vt eos, qui poſt hanc noſtram admonitionem prædictis illicitis, & impiis actionibus inhærere non dubitauerint, & comprehēdat & vltimo ſubmittat ſupplicio, ne quando ex talium peccatorum contemptu, per tam impia facinora inueniatur tam hæc ciuitas, quàm tota ciuilitas, & reſpublica lædi iniuriam. Siquidē & ſi poſt hanc noſtrā cohortationem aliqui tales inuenientes, eos occultauerint, condemnabuntur & ipſi à Domino Deo condēnabuntur. Sed & ipſe glorioſiſſimus Præfectus ſi quos tale aliquid deliquiſſe deprehenderit, neque illis ſecundū leges noſtras vindictam indixerit, principio quidem Dei iudicio obnoxius erit; deinde verò etiam à nobis indignationē excipiet.

*Peccata contra naturam quarum plagarum cauſa ſint.*

*Peccantes contra naturā vltimo ſupplicio ſubmittendi ſunt.*

Cùm igitur ex præmiſſis conſtet nefanda illa contra naturam crimina tam iure diuino, quàm humano puniri, lex euangelica, & canonica, quæ gladium non habet, niſi ſpirituale, quo non occidit, ſed viuificat, in clericis non morte, ſed depoſitione mulctat, ſecundum hanc Alexandri 3 in concilio Lateranenſi conſtitutionem[b]: Clerici, qui illa incontinentia, quæ contra naturam eſt (propter quam ira Dei venit in filios diffidentiæ, & quinque ciuitates igne conſumpſit) deprehēſi fuerint laborare, deijciantur à clero, vel ad agendam pœnitentiam in monaſteriis detrudantur. Verum Bernardus Diaz iſtorum deteſtandorū criminum maiorem eſſe [illegible] pœnā aſtruit; cùm ob illa, etiā infantibus, ac mulieribus ſi[illegible]

*b c. clerici. de exceſſ. prælat.*

*c in pract. ſua crim. cap. 80.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Subuerſarum ciuitatum omnipotens, & clementiſſimus Deus non pepercerit: In his maximè regnis, & prouinciis, vbi etiam leges patriæ grauius mortis genus, quàm vel commune delinquẽtibus infligant: puniuntur enim omnes igni, & incendio [a]. Sed cum ſic placuerit canonum conditoribus, ſolent eccleſiaſtici iudices nunc tales poſt depoſitionem perpetuis, obſcuriſque carceribus includere, in quibus, niſi eos liberet fuga, miſerrimam, & mortem ipſam exoptantem, vitam agunt. Pius verò V. pontifex ſua conſtitutione ſanxit [b], vt ſi quis clericus nefandum hoc crimen contra naturam perpetrauerit, omnibus ordinibus degradatus curiæ ſeculari puniendus tradatur: voluitque in hoc crimine non ſolum perquiſitionem & inquiſitionem, ſed etiam ad ſimplicem, & ſecretam denuntiationem procedi per quoſcunque iudices, aliàs tamen de iure competentes, tam ratione delicti, quam perſonarum; ita quod inter eos locus ſit præuentioni. Quod ſi aliqui ex calumnia aliquem denuntiaſſe comperti fuerint, eos ad pœnam talionis teneri voluit & mandauit. Mulctas autem pecuniarias ſtatuit applicãdas pro duabus partibus locis pijs arbitrio ordinariorum, pro tertia accuſatori, qui delinquentes detulerit. Et in virtute ſanctæ obedientiæ mandat Principibus Chriſtianis & terrarum Dominis, vt pro diuini nominis reuerentia & honore, præmiſſa omnia in ſuis dominiis ac terris exactiſſimè ſeruari faciãt, vberrimam ab ipſo Deo mercedem tam boni operis recepturi. Ex enchiridio verò confeſſarior. & pœnitentiarum cap. 27. nu. 249. videtur etiam alia ſuper eodem crimine à Pio V. edita conſtitutio, cuius vt ipſe refert tenor eſt hic: Omnes, & quoſcunque presbyteros, & alios clericos ſeculares & regulares, cuiuſcunq; gradus, & dignitatis, tam dirum nefas (puta Sodomiæ) exercentes, omni priuilegio clericali, omniq; officio, dignitate, & beneficio eccleſiaſtico præſentis canonis auctoritate priuamus. Ita quod per iudicem eccleſiaſticum degradati, poteſtati ſtatim tradantur ſeculari. Poſtquam vidimus propter hæc & alia clericorũ peccata, iram Dei in illos veniſſe; omni cura, & vigilantia iudicibus eccleſiaſticis laborandum & enitendum eſt, vt

*In Belgio qua pœna afficiantur contra naturam peccãtes.*

[a] *Damhoud, in prax. rer. crim. cap. 96. Lancil. de offic. prat. in cauſ. crim. tit. de Sodomit.*

[b] *an. dn. 1566. pontificatus ſui anno primo, ſexto Calend. April.*

inprimis cauſæ, quæ ad huiuſmodi peccata homines
inducunt, & permouent, tollantur. Illas autem De
per Ezechielem prophetam his verbis denuntiaui,
cens[a]: Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ ſororis
ſuperbia, ſaturitas panis, & abundantia, & otiũ
& filiarum eius; & manum egeno, & pauperi nõ
rigebant. Extirpatis autem hiſce prædictis e
tijs, dubitandum non eſt, quin Deus iram, furore
indignationem commutaturus ſit ſtatim in ſum
clementiam, & benignitatem. Tertullianus
hiſce criminibus, & eccleſiaſtica diſciplina
Reliquas, inquit, libidinum furias impias, in
& in ſexus vltra iura naturæ non modo lumine
omni Eccleſiæ tecto ſubmouemus, quia non
cta, ſed monſtra. Lactantius verò horum
auctorem diabolum eſſe oſtendens, & aſſeren
etiam ait: mares maribus admiſcuit, & nefa
tus contra naturam, contraque inſtitutum De
natus eſt. Sic imbuit homines, & armauit ad
ne. Quid enim poteſt eſſe ſanctum ijs, qui
becillem, & præſidio indigentem libidini ſuæ
landam, fœdandamque ſubſtrauerint? Non po
res pro magnitudine ſceleris enarrari. Nihil a
los appellare poſſum, quàm impios, & parricid
bus non ſufficit ſexus à Deo datus, niſi & ſ
nent, ac petulanter illudant.

D. Chryſoſtomus verò hos ijs etiam qui ſ
mortem conſciſcunt, deteriores eſſe confirmat
ſtiterit enim, inquit, mori, quàm tanta contu
cepta viuere. Nam qui ſe ipſum interimit, is
à corpore diſſociat: at hic animam vnà cum
perdit. Quodcumque porrò delictum nomina
lum huic peccato par dixeris: quia ſi facta ſ
qui patiuntur, ſexcentas vtique mortes obier
hoc paterentur. Neque enim eſt, inquam,
alia vlla nec grauior, nec rationis minus habens.
ſi de ſcortatione Paulus differens dixit[e];
omne quodcumq; commiſerit homo extra corp
qui autem ſcortatur, cum in propriũ corpus de
re; quid de inſania hac dixerimus, quæ ipſa

a Ezech. c. 16. & Chryſoſt. in 1. epiſt. ad Corinth. cap. 15. hom. 39.

b lib. de pudicitia.

c lib. 6. diuina. inſtit. c. 23.

d hom. 4. in epiſt. ad Rom.

Sexcẽtas mortes obire præſtat, quàm vitium cõtra naturam pati.

e 1. Corinth. 6.

fornicatione deterior, quantum ne verbis quidem exprimere licet? Neque enim hoc ſolum dico, quòd fœmina effectus ſis, ſed quod perdideris ipſum hoc, nimirum virum eſſe, & quod neque in hanc tranſieris naturam, neque quam haberes aſſeruaueris, ſed communis vtriuſque effectus ſis proditor, dignus, quem tum viri, tum fœminæ lapidibus à ſe abigant, tanquã qui vtrumque genus iniuria affeceris. Quiſquis ſcortum ſe facit, hoc nihil poteſt eſſe inutilius, neque enim anima ſolum, verùm & corpus eius, qui hæc patrat, infame eſt, ac nece dignum, quod vndequaque exterminetur. Quot tandem obſecro gehennæ his plectendis ſuffecerint? Quod ſi audito gehennæ nomine irrides, ac fidem non habes, illum ignem recordare Sodomorum. Vidimus enim, vidimus, & in præſenti quoque vita gehennæ effigiem. Quandoquidem enim multi futuri erant, qui ijs fidem minimè habituri eſſent, quæ poſt reſurrectionem futura ſunt; nunc cùm ijdem audiant eſſe ignem inextinguibilem, à rebus præſentibus illos Deus erudiuit. Tale eſt igitur Sodomorum incendium, & vaſtatio illa: Id quod ſciunt ij, qui ad ea loca profecti, plagam illam diuinam, ac cæleſtium fulminum opus oculis ſubiecere. Cogitate, quàm graue illud ſit peccatum, vt quod ipſam gehennam etiam ante tempus exiſtere coëgerit. Nam poſtquàm permulti verba deſpicerent, illis Deus per ipſa demum opera, gehennæ effigiem oſtendit. Quid enim viro corpus ſuum meretricio more proſtituente abominabilius? quid autem ſceleſtius? O inſaniam, ô ſtupiditatem? Vnde, inquam, hæc debacchata eſt concupiſcentia, humanam naturam hoſtium incommodis, atque adeò tantò grauioribus afficiens, quantò anima corpore præſtantior eſt? O vos & brutis inſipientiores, & canibus impudentiores! Nuſquam enim huiuſmodi congreſſus apud illos, ſed agnoſcit proprios terminos natura. Vos autem genus veſtrum infamius brutorum genere effeciſtis & in his, quæ dico, iniurij, & per vos inuicẽ iniurij. Vnde igitur mala hæc enata ſunt? A deliciis[a]; à Dei ignoratione. Cùm enim exceſſerit quis Dei timorem, protinus omnia bona peſſum eũt. Cùm igitur voluptas,

*Nullæ gehennæ ſuffecerint plectendis Sodomitis.*

*Vnde grauitas peccati contra naturam æſtimanda ſit.*

*Ignis Sodomorum effigies gehennæ.*

a *Chryſoſt. hoc ipſum pulchrè declarat, hom. 39. in epiſt. 1. ad Corinth.*

 & libi-

*a Lib. 6. diui. inſtitut. cap. 23.*

*Incontinenti quid faciendũ.*

& libido (vt Lactantius de iſtis flagitiis ſcribens dicit) hæc edat opera & hæc facinora deſignet, armandi aduerſus eam virtute maxima ſumus. Quiſquis autem affectus illos frænare non poteſt, cohibeat eos intra præſcriptum legitimi thori, vt & illud, quod auide expetit, aſſequatur, & tamen in peccatum non incidat. Nam quid ſi homines perditi volunt? Nempe honeſtis operibus voluptas ſequitur. Si ipſam per ſe appetunt, iuſta & legitima frui licet. Quod ſi aliqua neceſſitas prohibeat, tùm verò maxima adhibenda virtus erit vt cupiditati continentia reluctetur. Nec tantùm alienis thoris attingere non licet, verùm etiam publicis, vulgatisque corporibus abſtinendum Deus præcepit; docens, cùm duo inter ſe corpora fuerint copulata, vnum corpus efficere: Ita qui ſe cæno immerſerit, cæno oblitus neceſſe eſt; & corpus quidem citò abluitur, mens autem contagione impudici corporis inquinata non poteſt, niſi & longo tempore, & multis bonis operibus ab ea, quæ inhæſerit colluuione purgari. Oportet ergo ſibi quemque præponere duorum ſexuum coniunctionẽ generandi cauſa datam eſſe viuentibus, eamque legem his affectibus poſitam, vt ſucceſſionem parent. Sicùt autem dedit nobis oculos Deus, non vt ſpectemus voluptatemq; capiamus, ſed vt videamus propter eos actus, qui pertinent ad vitæ neceſſitatem; ita genitalem corporis partem, quod nomen ipſum docet, nulla alia cauſa, niſi efficiendæ ſobolis accepimus. Huic diuinæ legi ſumma deuotione parendum eſt. Sint omnes, qui ſe diſcipulos Dei profitebuntur, ita moribus inſtituti, vt imperare ſibi poſſint. Nam qui voluptatibus indulgent, qui libidini obſequuntur, ii animam ſuam corpori mancipant, ad mortemque condemnant, quia ſe corpori addixerunt, in quo habet mors poteſtatem.

*Honeſta opera voluptas ſequitur.*

*Duorum ſexuũ coniunctio cur permiſſa ſit.*

*Oculi cur dati ſint.*

*Clerici & Dei diſcipuli quomodo ſe gerere debeant.*

*Quomodo ſe vnuſquiſque formare debeat.*

Vnuſquiſque igitur quantum poteſt formet ſe ad verecundiam, pudoremque colat; caſtitatem conſcientia & mente tueatur: nec tantùm legibus publicis pareat, ſed ſit ſupra omnes leges qui legem Dei ſequitur. Quibus bonis ſi aſſueuerit, iam pudebit eum in deteriora deſcendere. Modo placeant recta, & honeſta, quæ

*Non eſt difficile voluptati imponere frænos.*

horibus iucundiora ſunt, quàm praua, & inhoneſta peioribus. Nec verò aliquis exiſtimet difficile eſſe, frenos imponere voluptati, eamque vagam, & errantem caſtitatis, pudicitiæque limitibus includere, cùm propoſitum ſit omnibus hominibus eam vincere, ac plurimi beatam, atq; incorruptã corporis integritatem retinuerint, multique ſint, qui hoc cæleſti genere vitæ fœliciſſime perfruantur. Quod quidem Deus non ita fieri præcepit, tanquam aſtringat, quia generari homines oportet, ſed tanquam ſinat. Scit enim quantam his affectibus impoſuerit neceſſitatem. Si quis, inquit, hoc facere potuerit, habebit eximiam incomparabilemq; mercedem.

*Continẽtia omnium virtutũ faſtigium, & conſummatio eſt.*

Quod continentiæ genus quaſi faſtigium, omniumque conſummatio virtutum eſt. Ad quam ſi quis eniti atque eluctari potuerit, hunc ſeruum Dominus, hunc diſcipulum magiſter agnoſcet, hic terram triumphabit, hic erit conſimilis Deo, qui virtutem Dei cœpit. Hæc quidem difficilia videtur, ſed de eo loquimur, cui calcatis omnibus terrenis, iter in cælum paratur.

*Virtus in Deũ agnitione conſiſtit.*

Nam quia virtus in Dei agnitione conſiſtit, omnia grauia ſunt, dum ignores: vbi cognoueris, facilia. Per ipſas difficultates nobis exeundũ eſt, qui ad ſummum bonum tendimus.

*Peccatori deſperandum nõ eſt.*

Nec tamen deficiat aliquis, aut de ſe ipſo deſperet, ſi aut cupiditate victus, aut libidine impulſus, aut errore deceptus, aut vi coactus ad iniuſtitiæ viam lapſus eſt. Poteſt enim reduci, ac liberari, ſi eum pœniteat actorum, & ad meliora conuerſus ſatisfaciat Deo.

*Deus eſt miſericors.*

Dominus enim ac parens indulgentiſſimus remiſſurum ſe pœnitentibus peccata promittit, & obliteraturum ſe omnes iniquitates eius, qui iuſtitiam denuo cœperit operari. Sicut enim nihil prodeſt malè viuenti anteacta vitæ probitas; quia ſuperueniens nequitia iuſtitiæ opera deleuit; ita nihil officiunt peccata vetera correcto; quia ſuperueniens iuſtitia labem vitæ prioris abluit.

*Correcto et pœnitẽti nihil vetera peccata officiunt.*

Nec lucrari ſe quiſquam putet, ſi delicti conſcium non habebit. Scit enim ille omnia, in cuius conſpectu viuimus; nec, ſi vniuerſos homines cælare poſſumus, Deum poſſumus, cui nihil abſconditum, nihil poteſt eſſe ſecretum. Dei enim diuinitas nec

*Deo nihil abſconditum nihil poteſt eſſe ſecretum.*

viſceribus ſubmoueri poteſt, quo minus totum homi-
nem reſpiciat, & norit. Quid locum abditum legis, &
arbitros remoues? Putas tibi contigiſſe vt oculos om-
nium effugias demens? Quid tibi prodeſt non habe-
conſcium habēti conſcientiã, quæ oculis Dei perui...

*Qua cogitatione vitam noſtram traducere debeamus.*

Semper itaque viuamus, vt rationem reddendam
nobis arbitremur; putemuſque nos momentis omni-
non in aliquo orbis terræ theatro ab hominibus, ...
ſuper ſpectari ab eo, qui & iudex & teſtis idem fu...
eſt, cui rationē vitæ repoſcenti actus ſuos inficiari
licebit. Ergo ſatius eſt aut effugere conſcientiam, ...
nos ipſos vltrò aperire animum, & perniciem ...
vulneribus effundere; quibus nemo alius mederi po-
teſt, niſi ſolus ille, qui greſſum claudis, viſum cæcis
didit, maculata membra purgauit; mortuos excita...
Ille ardorem cupiditatis extinguet; extirpabit libi...
inuidiam diſtrahet; iram mitigabit. Ille reddet ...

*Latētibus morbis ſtatim adhibenda curatio eſt.*

& perpetuam ſanitatem. Appetenda eſt hæc ...
medicina, quoniam maiori periculo vexatur ani...
quàm corpus, & quàm primùm latentibus morbi...
hibenda curatio eſt. Neque enim ſi vtatur aliquis ...
lorum acie clara, membris omnibus integris, ...
ma totius corporis valetudine, tamē cum non ...
ſanum, ſi efferatur ira, ſuperbia tumidus inflet..., li-
dini ſeruiat; cupiditatibus inardeſcat: ſed cum p...

*Quis verò ſanus ſit cenſendus.*

qui ad alienam fœlicitatem non attollat oculos, ...
non admiretur; alienam mulierem ſanctè videat, ...
omnino appetat; nihil concupiſcat alienum; non ...
deat vlli; non faſtidiat quenquam; ſit humilis, mi-
cors, beneficus, mitis, humanus, pax in animo ...
perpetuò verſetur; ille homo ſanus eſt, ille iuſtus, ...
perfectus eſt. Quiſquis igitur his omnibus præ...

*Cultoris veri Dei ſacrificia.*
*a Lactant. d. lib. 6. cap. 24.*

cæleſtibus obtēperauerit, hic cultor eſt veri Dei, ...
ſacrificia ſunt manſuetudo animi, & vita innoc... &
actus boni [a].

*Quomodo libido refrænāda.*

Ad refrænandum verò, & edomādum deſideri...
carnalium appetitum, multum profuerit cogitare, quæ
mala, pericula, & pœnæ huiuſmodi peccatis ...
Tum hoc quod diligit, quale ſit futurum poſt mortem.
Cōſiderata enim corruptione carnali, vt D. Greg...
lib.

inquit, citius cognoſcitur, quia cùm illicitè caro concupiſcitur, tabes deſideratur; & qui illius deſiderio æſtuat, ad fœtorem putredinis anhelat; dulcedo enim illius vermis. Nam, vt Seneca inquit b, libidinis initium [illegible] ſi exitum cogitaueris. Deinde ſi initiis, præcipuéque ſuggeſtionibus, quibus ad peccandum ſollicitamur, ſtatim occurramus, & virtutes illis vitiis contrarias ampleſti, & excitare in nobis nitamur, & exhibeamus corpora noſtra hoſtiam viuentem, ſanctam, Deoque placentem c.

a *lib. 16. moral. cap. 31.*

b *lib. 1. de morib.*

c *Paul. ad Roman. 12.*

*Incontinentia eccleſiaſticorum quomodo puniatur in ipſorum filiis.* CAP. XVII.

CVm indecorum ſit, vt in altaris officio illegitimus filius impudico patri miniſtret, in quo vnigenitus Dei filius pro ſalute humani generis æterno Patri victimatur & offertur d: & quia in pluribus eccleſiis inoleuerat peſſima corruptela, vt ſpurij canonicorum, canonici fierent in eccleſijs, in quibus eorum patres conſtituti erant e, idcirco SS. Tridentina Synodus, vt paternæ incontinentiæ memoria à locis Deo conſecratis, quos maximè puritas, ſanctitaſque decet f, longiſſimè arceatur, & eccleſiæ miniſtri ad decentem atque debitam continentiam, vitæque integritatem, ac honeſtatem reuocentur, & in eadem contineantur, decreuit, & ſanxit g; vt non liceat filiis clericorum, qui non ex legitimo nati ſunt matrimonio, in eccleſijs, vbi eorum patres beneficium aliquod eccleſiaſticum habent, aut habuerunt, quodcumque, etiam diſſimile beneficium obtinere, nec in dictis eccleſiis quoquo modo miniſtrare, nec penſiones ſuper fructibus beneficiorum, quæ parentes eorum obtinent, vel alias obtinuerunt, habere. Quod ſi in præſenti pater & filius in eadem eccleſia beneficia obtinere reperiātur, cogatur filius ſuum beneficium reſignare, aut cum alio permutare extra eccleſiam intra trium menſium ſpatium; aliàs ipſo iure priuatus exiſtat, & ſuper iis, quæcumque diſpenſatio ſubreptitia cenſeatur. Adhæc reciprocæ reſignationes, ſi quæ poſthac à parētibus clericis in fauorem filiorum fiant, vt alter alterius beneficium conſequatur; in frau-

d *c. cùm decorem. de filiis presb. ordin.*

e *d. c. cùm decorem. & c. ad abolendā. eod. tit.*

f *c. propoſuiſti. diſt. 82. pſalt. 92. c. decet. de immunitat. eccleſ. in 6. l. 2. c. de ſacroſan. eccleſ.*

g *ſeſſ. 25. de refor. c. 15.*

dem huius decreti & canonicarum ſanctionū factæ
nino cenſeantur; nec collationes ſecutæ, vigore
modi reſignationum, ſeu aliarū quarumcunque
fraudem factæ fuerint, ipſis clericorū filijs ſuffraget

Sed non eſt, quod quis hoc decretum calum
tanquam nouum quid conſtituens, & iuri contra
cùm culpa ſuos tantùm debeat tenere auctores
na ſit vlterius protrahenda, quàm delictum fuerit
cedente repertum [a]. Itaque ſciendum de iure po
antiquo cautum, & prohibitum eſſe; vt filij sacer
in eccleſiis paternis non miniſtrent, vel eas qua
caſione obtineant; Siquidem etiam ipſi ab eccle
quibus patres eorum miniſtraſſe noſcebantur,
amouebantur [b]. Deinde Innocentius in conci
rali Lateranenſi firmiter inhibuit, ne Canonico
lij maximè ſpurij, Canonici fierent in ſecula
cleſiis, in quibus inſtituti eſſent eorum patres
contra fieret, decreuit collationem, & inſtitu
non valere, ſuſpendendo collatores, & inſtitu
les à ſuis beneficiis [c]. Præterea lex diuina prohi
ſpurij & huiuſmodi turpes perſonæ vſque ad de
generationem ingrederentur in eccleſiam [d]. Q
miranda & deploranda nobis videtur quorund
nonicorum & aliorum eccleſiaſticorum impud
honeſtas, & impietas, quòd non obſtantibus pr
patiãtur ſpurios ſuos ſibi non ſolùm in eccleſia
ris officio miniſtrare, ſed etiam ſe vbique per
comitari ſeu ſubſequi, ſibique cohabitare, non
gna eccleſiæ infamia ac dedecore, cumque m
laicorum ſcandalo, à quibus in plateis monſtra
gitis, & dicitur: Ecce quales hîc habemus eccle
cos, quibus baſtardi ſeu ſpurij ſui miniſtrãt non
domi in occulto ſed & publicè in eccleſia &
quales ſacerdotes nobis ſacramenta adminiſt
miſſas faciunt: quas ipſi nobis reuerẽdas & au
maxima cum deuotione clamitant; & ipſi illas
continentia ac inhoneſta conuerſatione, turpi
& irreuerentia afficiunt. Si Chriſtus Rex Regū &
minus dominantiū in altari realiter verè præſens
ſicut nobis prædicãt, non pateretur ſe à tam impu

a c. quæ ſunt. de his quæ fi. à ma. par. cap. l. ſancimus. C. de pœnis.

b c. præſentiū, et c. conquerẽte. de filiis presby.

c d. c. ad abolẽdam. & c. cum decorem.

d Deuter. 23. c. & c. per venerabilem. §. fin. tit. qui fil. ſint legit.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

fornicatoribus, & ſcortatoribus adeò indignè cõtractari, & alia his ſimilia vel etiam maiora. Væ, væ, væ, igitur huiuſmodi impudentibus, ne dicam impiis eccleſiaſticis, per quos hæc ſcandala veniunt. Cogitẽt quæſo, ab ipſo Chriſto dictũ [a]: Qui ſcandalizauerit vnũ de puſillis iſtis, qui in me credunt, expedit ei vt ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius, & demergatur in profundũ maris. Itaque ne populus fidelis in talibus eccleſiaſticis ſcandalum pateretur, infirmorumque corda percuterentur, & ab eccleſia alienarentur ac retraherentur; & ne totius cleri vituperaretur miniſterium! neue impudicis ſuis patribus perceptæ voluptatis ex ſua libidine ac luxuria refricetur ac renouetur memoria, concupiſcẽtia & delectatio [b], rectè mandatũ & præceptum eſt [c]. Prælati, vt ſpurios ſeu baſtardos non permittant Patribus ſuis eccleſiaſticis cohabitare. Siquidem hoc in iure diuino fundatum eſſe ait Gloſſographus allegãs [d] cap. 21 Geneſ. & cap. 4 ad Galat. c. quantumlibet. diſt. 47. & plura alia iura. Et in vindictam atque confuſionẽ maiorem tanti ſceleris, ſolent olim tales ſpurij in perpetuam ſeruitutẽ eccleſiæ redigi, ſicut ex Toletano concilio 9 [e] conſtat, vbi habetur: Cum multæ ſuper incontinentia ordinis clericorum hactenus emanauerint ſentẽtiæ Patrum & nullatenus ipſorũ reformari correctio morum potuerit, vſque adeò ſententiam iudicantiũ protraxêre commiſſa culparum, vt non tantùm inferretur vltio in auctores ſcelerũ, verùm etiã in progeniem damnatorũ. Ideoque quilibet ab Epiſcopo vſque ad ſubdiaconũ deinceps vel ex ancillæ, vel ex ingenuæ deteſtando connubio in honore cõſtituti filios procreauerint, illi quidem ex quibus geniti probabuntur, canonica cẽſura damnentur, proles autem tali pollutione nata, non ſolùm hæreditatem nunquã accipiet, ſed etiam in ſeruitute eius eccleſiæ de cuius ſacerdotis vel miniſtri ignominia nati ſunt, iure perenni manebunt. Quod autem dictum eſt pœnas ſuos tantùm debere tenere auctores, &c. illud tantum generatim verum eſt, niſi in certis criminibus per leges, vel canones contrarium ſit definitum [f], quemadmodum in prædicto incontinentiæ crimine faciendum eſt.

a *Matt. 18. & c. niſi. §. pro graui. de renuntiat.*

b *c. presbyter. c. ſi mala. 2 q. 5. Panor. in ca. cum decorem. de filiis presby. Hoſtiẽ. in ſum. eodem tit.*

c *in concil. Baſil. ſeſſ. 20. in cõcord. Frãcie. tit. de concubi. vide ſupra hoc lib. c. 11. Cõcil. Hildem. ca. 15.*

d *in prag. ſan. tit. de concub. §. ipſas autem.*

e *ca. 10. Didac. in 2 part. epit. 4. decretal. cap. 8. §. 5.*

f *vt patet per c. vergentis, de hæret. c. vbicũque. de pœnis. in 6. cap ſtatutum. de hæret. in 6.*

SP E-